

~~Omnis omnia caritatis ana
Patria uploeditur~~

~~Vbi semel quis perierauit,
ei credi postea, etiam si per
plures deos iuret, non oportet.~~

F 275

O. A. S.

113624

5



ANTIQUÆ
HISTORIÆ
EX XXVII. AVTHO-
RIBVS CONTEXTÆ.
LIBRI VI.

~~a 120~~

Totidem solemnes Temporum
epochas continet.

Frid. Stattler. L. vissaric
DIONYSI GOTHOFREDI IC.
opera.

SERIEM LIBB. & AVTHOS. M. J. Nefas
RVM nomina, sequentes o-
stendent Pagis.

Cum INDICE accuratis.

Amo ~~oss~~ Joannis Voniatis
Pro Cenobio Ratisbonae. Refutatio. Sc. 1
BASILEÆ.

Per CONRAD. VVALDKIRCH.

• Cl. I. xc.

DIVISIO HVIVS HISTO-
riæ antiquæ in sex epochas
& Libros.

I. De Antiquis Italiæ ante Romam.

II. De Roma & Regibus Romanis.

III. De Consulibus Romanis.

III. De Imperatoribus Romanis à Iulio ad
Iulium imperium inter Constanti-
num Irenes & Carolum magnum.

V. De Imperatoribus Constantinopolitanis
à Constantino Irenes ad Constantiniū
ultimum & capiam à Turcis Con-
stantinopolim.

VI. De Imperatoribus Francis & Germanis
à Carolo Magno, ad Rodolphum II.

G E N E R O S I S S E N D L
V O I O , S T A N I S L A O & I o-
AN N I I A C O B O , Comitibus
ab O strorog , Cosminetij
Dominis,

D I O N Y S . G O T H O F R E D V S
I C . S.

 **V**m hæc antiquæ hi-
storiæ euulgatio (Co-
mites generosissimi)
ad manum mihi oc-
currisset, subiit illico
animum meum virtutum vestrar-
um recordatio, quas paucis antè
diebus, amicissimi hominis ser-
mone, ad viuum delineatas, mihi
ipsi tum oculis subieci.

Occurrebat tum quoq; maiorū
vestrorū nobilitas ac virtus, quos
in longè florentissimo ac poten-
tissimo totius Septentrionis re-
gno, summo splendore, spectata
integritate amplissimos honores

EPISTOLA.

tenuisse ac gesisse, memoria re-
petebam.

Mouebat me & illud non pa-
rumper, quod eiusdem amici ser-
mone, bencuolentiæ erga me ve-
stræ signa perspicua intellexi; qui
me ne visum quidem vobis ante-
hac, etiam amare voluistis..

His tot, cumulum tandem im-
posuit homo veteri noritia, fide,
probitate, studiorum atq; officio-
rum necessitudine mihi comiun-
etissim? ADAMVS. TOBOLIVS.
Nam ut primùm recenti episto-
lio suo me certiore fecit, vos Ar-
gentinam (celeberrimū tota Ger-
mania, cùm bonarum literarum,
tum virtutū omnium emporiū) à
generalissimo Curatore vestro
ANDREA LESCINO Baranouij
Domino, studiorum causa aman-
datos, spem ad vos mihi aditus
non

DEDICATORIA.

non modò conciliauit , sed & quasi manu fecit.

Præuidi, vel in ipso illo momēto, hanc historiæ antiquæ legendæ nouam methodum ac formā, si non mea, saltem tanti viri Cūratoris vestri nobilissimi causā vobis non ingratam fore.

Nam quoties veteris eius erga me benevolentia commemini (quod s̄epe ac lubenter facere iure mihi necesse est) toties primos adolescētiæ eius annos retracto: in quibus tum, ingenij præstantia, atq; animi magnitudo singularis inter cæteros e quales palam elucebat.

Nec fefellit : vt quem audio,
Moscis ac Turcis fortiter atq; intrepidè pro patria sua nunc se offerentem ac pugnantem , summi Ducis atq; imperatoris munerib.

EPISTOLA

functum, coronam ob ciues seruatos perpetuam mereri. At illud in intimum usque pectus descendit, quod vel illo in procinatu, de me, & ubi essem, literis ad Tobolium nostrum, & quidem sollicitius, quæsierit.

Hoc autem æterna laude dignum est, quod variis per Germaniam locis magnæ spei adolescētes ad futuras ditionis suæ necessitates & liberalibus studiis & sacris literis, plena ac liberali manu instituendos curat.

Meæ fuerint aliquando (& quidem breui) partes, serio ac verè testificandi erga eius merita animi mei. Non, ut spero, omnia condanti mihi, in tam honesto certamine, materia defuerit. In antiqua historia, qui authores, quo ductu ac filo legendi, generosis virtu-

DEDICATORIA.

virtutibus vestris (Comites generosissimi) nunc dico , nunc offero . Restat alterum & quidem nouum specimen eorum , quæ in Historia legenda , feligenda censem : quod illius nobilitati , longo quasi affectu , voueo : ac si Deus annuerit , & propediem , & ex optimis authoribus repræstabo . Interim dum me ad illa compono , pro vestra in literatos omnes ac me priuatim studio (Nobilissimi Comites) opus hocce Regium , Consulare & Imperatorium , oculis & animis iisdem , ut spes est , à me cum accipietis , tum legetis . Valete . Datum

Basileæ 18. Au-
gusti .

ciclo xc.

LECTORI BENE-
VOLO.

ERVM à maioribus gestarum sciētiam (benigne Lector) non tantum hominum animis suauem & iucundam esse, sed ad usum præterea vitæ necessariam, vel hi qui in ipso negotiorum actu versantur, mecum facile recognoscere.

Quod ut verum per se ac certum, ita labor totius huiusc cognitionis (et quidem maximus) in his tribus versari mihi videtur.

Primum, ut ab ipsis discendi incunabulis certos authores (veluti duces quos sequamur) nobis proponamus. Deinde (vitanæ cōfusioni) illos ipsos quos in manum ita sumpsimus, tenore atq[ue] ordine seruato scriatione iungamus ac legamus. Postremo ut ne omnia promiscue, sed meliora, ac nostræ tum alicnæ vitæ utilia feligamus.

Itaque prima illa in parte peccare hi solent quam maximè, qui rerum à veteribus & priscis gestarum historiam, his primùm seculis compositam, neglectis veteribus authoribus

P R A E F A T I O.

thoribus legēdām sumunt. Nam si vērum
fateri volumus, annos& illæ (vt ita loquar)
bistoriæ & ad verum propriū accedunt, &
maiestatem quoq; suam dicendi veteribus
illis seculis consuetam fidelius seruant. Quo
in genere (vt de nostratib. loquar) facinus
audax attentarunt, qui Ionuillæi, Froissar-
di, Cominæi, & aliorum multorum bistori-
as velut orationis nimium antique atq;
obsoletæ, in nouam & his seculis receptam
orationem conmutarunt: quid dico & des-
curtarunt & castrarunt.

Ad secundum caput venio, in quod hi
grauier committunt, qui historiam non à
fundamentis suis legunt: hoc est, qui vnius
aut hominis aut belli. Dicam liberè quid
sentio: concathenatas inter se historias vi-
deri, & ex vnius imperij excidio, noui ini-
tium assurgere ac fieri. Fractum itaq; meo
iudicio ferent in hac legendæ historiæ nos-
ma, qui non satyratim aut saltuatim hunc
illum ve percurrent, sed qui à primis & an-
tiquioribus per medios & recentiores ves-
nerint. Hoc enim & connexu & (vt ita
dicam) filo historiarum, perpetuam, cer-

P R A E F A T I O

tam atq; constantem historiæ notionem lez-
gendo nobis paraturi sumus.

Tertio verò capite hi sese decipiūt, q; muz
da tantū facta animis suis curiosè mandāt,
nullo cōfliorū aut euētum habito delectu.

His tot malis si non certa remedia: mibi
certè remediorum aut speciem, aut specimē
nunc excogitasse atq; adiutuenisse, spōndere
ausim. Hoc enim opere, primum antiquos
authores selegi, vt studiosi ex antiquis, non
ex decima lacuna cognitionem historiarum
haurirēt. Berōsum Chaldaeum, Manetho=
nem Ægyptium, Metasthenem Persam, et
similes, tametsi suspecta ac fluxæ apud vis=
ros quosdam eruditissimos fidei, adieci. sed
quid? sua illis mea mihi aliisq; opinio est.
Principum, quos illi authores enumerant,
seriem penè totam Eusebius Chronico suo
recenset. quin nec difficile fuerit, apud ves=
teres, eosdem quoq; nancisci atq; offendere.

Quod si morosè ac pertinaciter in supe=
rioribus authoribus recusandis manserint,
eodem per me licet loculamento in Biblio=
thecis suis Berōsum & alios afferuent, quo
Herodotū, quo deniq; priores Diodori Halis=
carnassias

AD LECTOREM.

carnassæi; ac multorū aliorum, ac maxime
Pliny historici libros. Habcant, inquam, il-
los authores, non ut habere eosdem, sed ut
ne nō habere iisve carere videatur. Verūm
hæc nimio plus quam par sit in præsenti.

Atenim coniunctos & ad sua tempora
suasq; personas, authores illos retuli: neq;
deiunctam ac separatim legendos subieci:
Et meritò. Ut qui de *I U L I O & A U G*
G V S T O (ponam in his exemplum, ut
inde in cæteris idem cœseamus) indigitaue-
rit, aut quæsierit, in ipsius Iulij vel Augusti
vita scriptū habeat, qd illi omnes authores
de Iulio aut Augusto scripserint. Quod tñ
eadē fide ac diligētia feci, ut interea ne apex
quidē ullus in illis autorib. à me sit muta-
tus. Mibi planè res laboris molestissimi vi-
debatur, quærentē acta gestaq; Cæsaris Vc-
nius, ab vn. authoris cōtextu decurrere coe-
gi, ad alios authores lōgissimo spatio positos.

Quod si quis miretur, qd ab Epitomatoris-
bus initiū fecerim? Breui ac paucis responsis
debo. Historiæ antiquæ Regiæ, Consularis,
ac Principalis, hac noua methodo legendæ,
specimen, à minutis istis autorib. inchoasse.

P R A E F A T I O

me: primum quod quasi elementa plenioris & perfectioris historiæ sint: Deinde ut
haec noua legendæ historiæ editio quam minima alea mibi ac tibi, Lector, constaret.
Hanc si semel voto meo successisse videro, à
maiorum gentium historicis eam arcessere
sententia est; factisque initio à Romanis re-
bus ad alias omnium penè Regnum ac
Rerum publicarum formas descendere. Quæ
omnia, ut scias, mibi iam ad manum para-
ta, certò spondeo.

Restat longè utilissima totius Operis
historici consideratio: quæ est de rebus in
historia feligendis. Non me fugit, variorū
varias ad eam rem methodos circumferri:
Quidni nobis liceat post tam multos, in re-
tantimomenti, meliorem quoque perquire-
re? Huius in Senecæ nostri editione, gu-
stum, si nondum aliis omnibus; mibi mul-
tisque aliis iam dedisse suspicari ius est: quæ
nisi vera historiæ àvænvorws demonstratio
fuerit, nulla (id audēter dicā) vera fuerit.

Opus hocce in libros sex partiri, Lector,
ère tua censui. Quid enim facilius quam
paucissimis versibus rerum ab initio vni-
uersi

AD L E C T O R E M.

uersi gestarum partitionem complecti posse? De Antiquis Italiæ ante Romanam: De Roma & Regibus Romanis: De Consulis bus: De Imperatoribus Romanis à Julio, ad diuisum imperium inter Constantimum Irenes & Carolum Magnum: De Constantinopolitanis Imperatoribus à Constantino Irenes ad Constantinū ultimum, seu captam à Turcis Constantinopolin: De Francis & Germanis Imperatoribus à Cas rolo Magno ad Rodolphum II. qui imperio nunc præest. Quot libros, tot solennes temporum epochas, Lector, ut opinor, via des. His utere (benigne Lector) & fane. Basileæ 19. Aus.
gusti.

clo. 15. x c.



Nomina ac series XXVII. autho-
rum, è quorum libris Historiæ an-
tiquæ hæc editio con-
texta.

1. Berosi Chaldaei de Antiquitatibus lib.V.
fol.1.
2. Manethonis Aegypti supplementa Berosi
fol.30
3. Fr. Ioh. Annij Viterbiensis Berosi Comen-
tatoris Chronographia Etrusca 34
4. Metasthenes Perja de iudicio temporum
& annalium Persarum 36
5. Philonis Indæ Breuiarium de Tempo-
ribus 38
6. Xenophon de Aequinoctis 45
7. Archilochi Epitheton de Temporibus 48
8. Myrsilus historicus de origine Turrhe-
norum & Italie 51
9. Catonis Fragmenta 54
10. Sempronius de diuisione & Chorogra-
phia Italie 65
11. Q. Fabius Victor de aureo seculo & ori-
gine rrbis Romæ ac vocabulis eius,
&c. fol.31. Eisdem liber 2. de Ro-
mulo 75
12. Fragmentum itinerarij Antonini Py 78
13. Grimoaldus Volturnæ sine Etruria præ-
fectus in excerptis quæ sub rege De-
siderio de ipsa Heiruria scripsit 79
14. Messa-

14. *Messalæ Coruini ad Octavianum Au-*
gustum de progenie sua libellus 81
15. *Lini Epitome seu Epitomator* fol. 92.
scripsit Augusti tempore.
16. *L. Flori Historiarum libri.* fol. 115. scri-
psit Florus tempore Traiani, ut patet
ex fol 116.
17. *Sexti Rusi V.C. Dictatoris, magistri mi-*
litum Breuiarium rerum gestarum
P. Romani ad Valentinianum.
18. *Eutropy V.C. Breuiarium historiæ Ro-*
manæ ab urbe condita ad annum ur-
bis 1109. Domino Valenti Gothicò
perpetuò Augusto.
19. *Ausoni⁹ Burdigalensis Poetæ, Augusto-*
rum præceptoris virique consularis
carmina Monosticha & Teirasticha
de XII. Cæsaribus, quorum vitæ à
Suetonio Tranquillo conscriptæ sunt,
Hesperio filio.
20. *Sextus Aurelius Victor de Viris Illustri-*
bus urbis Romæ liber falso haec tenus
Cornelio Nepoti vel Caio Plinio Cæ-
cilio inscriptus: nouem personis illu-
stratus ex veterum librorum auori-
tate. f 93.

Idem Sextus Aurelius Victor de Romanæ
geniis origine. f 94.

Excerpta ex libro Sexti Aureli⁹ Victoris de
vita et moribus Imperatorum Roma-

norum à Cæsare Augusto ad Theodosium Imperatorem ex editione Andreæ Schotti. Vide Tomum 2. f. 67.

Idem Sextus Aurelius Victor historiæ abbreviatæ de Cæsaribus parte 2. ab Octaviano Augusto, id est, à fine T. Liuij usque ad Consulatum decimum Constantij Augusti & Iuliani tertium. vide Tom. 2. f. 68

21. Magni Aurelii Cassiodori Chronica ad Theodericum regem. vide Tomus I. fol. 114.

22. Pauli Diaconi de Gestis Romanorum libri ad Eutropij Historiam additi.


23. Ex Suida Excerpta.


24. Pomponij Læti historiæ Romanae Compendium, ab interitu Gordiani iunioris usq; ad Iustinum III.

25. Ex Volaterrani libro 3. &c. 13. de Vitis Imperatorum.

26. Ioannis Baptiste Egnati Romanorum Principum libri 3.

27. Appendix Sexti Aurelii Victoris.





B E R O S V S .

DE ANTIQVITA- TIBVS , ET PRIMO

HIS, QV AE PRAECESSER-

Multe runt inundationem ter
raram. *Julianus Belinus*

Cod. *Londinensis*

N T E Aquatum cladem fa-
mosam qua vniuersus perire
orbis , multa præterierunt se-
cula, quæ à nostris Chaldais
fideliter fuerunt seruata. Scri-
bunt illis tēporibus circa Ly-
banum fuisse ENOS urbem
maximam Gigantum, qui vniuerso orbi domi-
nabantur ab occasu solis ad ortum. Hi vastita-
te corporis ac robore confisi, inuentis armis o-
mnes opprimebant, libidiniq; inseruientes in-
uenerunt papiliones & instrumenta musica &
omnes delicias. Manducabant homines & pro-
curabant aborsus , in eduliumq; præparabant
& commiscebantur matribus, filiabus sorori-
bus, masculis, & brutis : & nihil erat sceleris q
non admitterent contemptores religionis &
deorum.

Tum multi prædicabant & vaticinabant
& lapidibus excidebant de ea quæ ventura e-
rat orbis perditione: sed enim illi assueti cor-

Berosus.

b

siderabant omnia, cœlestium illos ira atq; vltio-
ne per urgente pro impietate atq; sceleribus.

¶ Vnus inter Gigantes erat qui deorum ve-
neratior & prudentior cunctis, reliquus ex pro-
bis erat in Syria. Huic nomen erat N O A cum
tribus filijs Saimo, Iapeto, Chem & uxoribus
Tytea magna, Pandora, Noela & Noegla. Is ti-
mēs quam ex astris futuram prospectabat cla-
dē anno 78 ante inundationē nauim istar arcæ
coopertam fabricari cœperit. ¶ Anno 72. ab in-
choata naui ex improviso exundauit Oceanus.
De omnia maria mediterranea, fluminaq; ac fon-
tes ab imo ebullientes inūdauerunt supra omnes
mōtes, accendentibus atq; impetuosisissimè & su-
pra naturā. ē cēlo copiolissimis imbribus mul-
tis diebus corruentibus Ita omne humanū ge-
nus aquis suffocatum, excepto Noa cum fami-
lia sua, quæ naui excepta est. Nam eleuata ab
aquis in Gordiei montis vertice quieuit: cuius
adhuc dicitur aliqua pars esse, & homines ex il-
lā bitumen tollere, quo maximè stantur ad ex-
piationem.

¶ Ab hoc igitur anno salutis humanæ ab a-
quis primordio sumpto, nostri maiores innu-
meros scripserunt libros. Nos verò tediumsum
illorū sermonē abbreviaturi, referemus origi-
nes & tempora & reges eorū duntaxat regnorū,
qua nunc magna habentur. ¶ In Asia quidem
nostrum omnium celssissimum Babylonicum:
in Afria Ægyptium & Lybicun (qua vnū pri-
mo fuerint & sub uno narrabimus. Postremo
in Europa. quatuer nostri enumerat: Celtybe-
rum, Celticum, Kytim, quod illi gentes Italici
appellat, & Luysecum, quod à Icheno fluvio
per-

per Sarmatas in Pontum sint. Addunt quidam etiam quintum dictum Ionicum.

*BEROSI LIBER SECUNDVS
in quo de primis Duciibus & eorum post
diluuium genalogia.*

NEcessa est igitur nos ex præmissis confiteri, quod & Chaldaei ac Seythæ scribunt, siccato ab aquis orbe non fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga, & ab his omne hominum genus in terris semi-natum, atque ob id Scythes rectè dicere & appellare Noam omnium deorum maiorum & minorum patrem & humanæ gentis auctorem, & Chaos, & semen mundi. Tyteam vero Attiam, id est, terram in quam semen Chaos posuit & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt. Præter vero tres primores filios Noa post diluuium Gygantes phœnesque filios genuit. Quare ad abbreviandum plurimum conferet, si omnium posteritates figurabimus ab ipso Noa exordio: deinde sigillatim à cæteris. Primùm itaque dixerunt Ogyisan Sagā, id est, illustrem factorum pontificem Noam Dyūtē.

*PRIMA FIGVRÆ NOE
qua & Iani patris.*

NOÆ cognomine Ianus. Ogyges ante diluvium genuit Sem, Cham & Iaphet. Post diluvium vero omnes isti huic arbori annexi sunt ab eo geniti. Primo ex Tytea. 17. Titanes. Ex Araxa prisca regina & Pandora iuniore, Macrus, Iapetus iunior, Prometheus prisca, Tuiscō gigis, Crana, Cranus, Granaus, Thetis, Oceanus, Typheus. ¶ Araxa prisca genuit

4 HIST. ANTIQ. LIB. I.

Scytham primum à quo Napus & Prutus.

Tuyscon Germanorum & Sarmatum pater,
Mannus, Inghaenon, Isteuon Herminon, Mar-
sus, Gabriuius, Sueuus, Vandalus, Teutanes,
Hercules, Hunnus.

¶ Secunda arbor genealogiarum Sami.

Samus qui ponitur primus filius Noa, genuit
hos quinque. Arameus, Arpaxeus, Lugdus, Af-
syrius, Helameus.

Posterioritas Aramei.

Arameus filius Sami genuit hos quinqae-
duces. Getul, Alam, VI siue Vol, Mesa, Aufon.

Posterioritas Arpaxei.

Arpaxeus filius primogenitus Sami, genuit
Salem, Sala genuit Heber, Heber genuit Ictam
siue Ister, & sic deinceps. Ister Dalmatā, Sarma-
tes, Saledus, Iader, Adulas, Azalus, Diclas, Oba-
lus, Albanaes, Saus, Epigus, Obulas, Thyobum.

Posterioritas Mesa filij Aramei.

Mesa filius Aramei genuit quinque hos du-
ces: Getum, Dacum, Bennomen, alias Banno-
men, Brigum, Thynum.

¶ Tertia arbor posterioratis Iapeti.

Iapetus qui & Iopetus & Cephus Atalus,
genuit hos octo duces ex Andromacha. Come-
rus, Medus, Magogus, Samotes Dis, Tubal &
Iubal, Moscus, Tiras. Ion genuit Helisan, Tar-
sum: Dodoneus, Kitim, Italus Atalus.

Ab hoc Iopen & Iaph, & primogenitus Co-
merus Gallus.

Comerus primogenitus, genuit tres hos du-
ces: Ascanium, Ripheum, Tagum Orma.

Posterioritas Itali.

Italus cui nomen Kitim (cognomen Atalus
siue

sive Atlas) genuit Hyam, Morgetem, Siculum, Romam. Ex Pleiade, in Italia septem Pleiades, Maiam, Celeno, Ameroen, Steropen, Tagetam, Alcinoen, Flestram.

Posteritas Samotis.

Samothes (cognomine Dis) genuit Magum: Magus, Sarona & sic deinceps. Sarrō, Druidem, Bardum, Lōgonem, Bardum iuniorem, Celtam, Galathea pellex Hercolis Galathen genuit.

¶ Quarta arbor continens posteritatem

Cham sive Cameiss.

Chem Ægyptij (Cham Hebrei vocat cognomine Camelem) genuit quinque duces: Cur, Osiris, Cana (cognomine Phenix) Phæton (qui & Pheriton) Ochus.

Posteritas Curetum.

Cur pater Curetum genuit quinque duces. Arabs, Saubecres, Saba thurifer, Sabatius Saga, Nimbrotus pater Beli prisci.

Posteritas Saba thuriferi.

Saba thurifer posteros sex dedit. Gogus (pater Gāgis & Indi) Tritō genuit: hic Ammon genuit: hic Dionysium Lybicum, & Iarba: Hic genuit Deabum, cognomine Gera. Hic genuit Lonnimi, qui & Geriones.

Posteritas Sabati⁹ Sagis.

Sabatius Saga genuit hos Curetes: Sabatius (pater Sabelli) Curitus: Curitis (pater Anitini) Anitinum genuit: hic Aruntum: Hic genuit Pherentium.

Posteritas Pheritonis sive Phutonis,

sive Pherontis.

Pheriton sive Pheton (Moysi Phut) genuit, Ligurem: Hic genuit Cydnum: Hic genuit Eri-

danum. *Hic genuit Ventum. *Hic genuit Venerum. *Hic genuit Tilam.***

Posteritas Canæ siue Phœnicis.

Cana(cognomine *Phœnix*) **Sidon**, **Arcadius**,
Emathius, **Sinius**.

Moyses plura enumerat: quia illi impleuerūt
Phœniciaꝝ portionem quam occupaturi erant
Hebræi, quam ipsi vocant terram Canaan.

Posteritas Osridis quam Moyses vocat Mizraim.

Osiris quem *Ægyptij* **Ostri** vocant, genuit
hos: **Lydum** priscum, **Anameonem** siue **Meo-**
nem. **Castleum** (à quo *Syri* & *Cappadoces*) **Pet-**
treium à quo *Palestini*: **Lybium** (cognomine
Hercoleum) **Neptunum** (patrem *Lestrigonis*)
Orum.

Posteritas Lybij Ægyptij Hercolis.

Hercoles, cui nomen *Lybius*, genuit 57. du-
ces ex *Araxa*: *Scytham* iuniorem, *Tussum*, *Agatyrsum*, *Peuccinum*, *Gytona*: Ex *Galatea*, *Ga-*
laten: Ex *Omphale Aton*. *Quinquaginta The-*
spiades ex *Armena*.

Posteritas Tuscij.

Tussus siue **Tuscas** **Abaco** genitus, **Alteus** à
quo genitus **Blascon**, à quo geniti *Armenia*,
Camboblascon, **Curis** (qui & *Abotynus*.) A
- **Camboblascone**, **Iasius**, à quo *Coribam*. Iterum
à *Camboblascone* *Dardanus*, *Eriostonius*, *Tros*,
Ilus, *Laomedon*, *Priamus*.

A Curete qui & *Abotinus*, *Sypus*, *Tileipiti*,
Cybeles.

Posteritas Atus.

Ato (ex prognatis *Hercolis*, & *Omphales*)
Manaus, **Astan**, **Pipinus** *priscus*, **Atho** *iunior*,
Tarcō *priscus*, **Turchenus**, **Tasimenus**, **Lydus**.

BEROSI CHALDÆI LIB.TERTIVS.

Has igitur principum atq; heroū origines atq; posteritates abbreviatus ex nostris Chaldaeis atq; Scythicis libris. quoad satis sit: Nam & multos alios memoriae mandant: qui vel quia nihil ad nostram intentam accurationem aut parum afferunt. ob id dimittimus resumpturi illos ubi opus fuerit.

Quo pacto exinanitus orbis fuerit colonijs, & hominibus oppletus dicendum est. Exsiccata humo & torrefacta terra, Noa cum familia de monte Gordieo (ut par erat) descendit in subiacetem planicie in plenam cadaverum: quā usq; ad hanc aetatem appellat Myri Adā (id est, eiuscetorū hominū) & inscripsit in lapide (in monumentum) rem gestam: & vocant incolæ locū Egressorum Noa. Congressi verò coiugibus perpetuo geminos edebant marem & foeminam, qui adulti & coiuges effecti, & ipsi binos partu liberos semper edebant (Neque enim unquam Deus vel natura defuit rerū necessitati quæ ad vniuersi orbis spectat opulētiam.) Spatio breui in immēsum aducto humano genere omniq; Armenia completa opus erat eos inde recedere, atque nouas sibi sedes conquirere.

Tunc senissimus omnium pater Noa: iam antea edoctos Theologiam & sacros ritus coepit etiam eos erudire humanam sapientiam. Et quidem multa naturalium rerum secreta mandauit litteris: quæ solis sacerdotibus Scytha Armeni commendant. Neque enim fas est illa ulli inspicere, aut legere vel docere, quam solis sacerdotibus & inter sacerdotes duntaxat: sicut & quos rituales libros reliquit:

ex quibus illis primūm Saga nomen fuit inditū, quod est sacerdos & sacrificolus & pōtifex.

¶ Docuit item illos astrorū cursus, & distinxit annum ad cursum Solis & 12. mēses ad motum lunæ, qua scientia prædicabat illis ab initio quid in anno, & cardinibus eius futurum cōtingeret: ob quæ illum existimauerunt diuinæ naturæ esse partipem, ac propterea illum Olybama & Arsa, id est, ccelū & solem cognominauerunt: & illi plures ciuitates dedicauerunt. Nam & ad hæc tempora Scythæ Armani vrbes habent Olybama & Arsa Rathæ, & eiuscmodi. ¶ Cumque iuisset ad regendum Kitim (quem nunc Italiam nominant) desiderium sui reliquit Armenis, ac propterea post mortem illum arbitrati sunt in animam celestium corporum, & illi diuinos honores impenderūt. Et ob id solum hæc duo regna; Armenum quidē (quia ibi cœpit) Italicum verò (quia ibi finiuit & docuit & regnauit naturaliumque atque diuinarum eos erudiuit, libros plenissime illis conscriptos reliquit) venerantur simulque cognominant, Cælum, Solem, Chaos, semen mundi patremque deorum maiorum, & minorum, animam mundi, mouentem cælos & mixta, vegetabiliaque & animalia & hominem: Deum pacis, iustitiae, sanctimonix, expellentem noxia & custodientem bona. Et ob hoc illum vtræq; gentes signant in scriptis cursu solis & motu lunæ & sceptro dominij, quo malos & noxios expellebat à coetu hominū, & castimonia corporis & sanctimonia animi, duabus clauibus religionis & felicitatis. Neque nimis Titheam (qua mater omnium erat) Aretiam, id est, terram

ram vocabant; Vestam, id est, ignem post mortem cognominauerunt: quia ipsa regina sacrorum fuerat: & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinctum seruare. Ceterum Noa antequam discederet ab Armenia docuit illos simplicem agriculturam magis curans religionem & mores quam opulentiam & delicias: quæ ad illicita & libidines prouocant, & coelestium iram nuper induxerant. Primus tamen omnium inuenit vites atque plantauit & vinum conficere docuit: cuius vim inexpertus & vaporem, ebrius effectus, minus pudicè in terram cecidit.

Erat illi, ytdiximus, filius (ex tribus patris adolescētior) CHEM qui semper magicæ & veneficæ studēs Zoroast nomē cōsequutus erat. Is patrem Noam odio habebat: quia alios vltimò genitos ardentius amabat. se verò despici videbat: potissimè verò idem infensus erat patri ob vitia. Itaque nactus oportunitatem (cū Noa pater madidus iaceret) illius virilia comprehendens, taciteque submurmurans, carmine magico patri illusit: simul & illum sterilem: proinde atque castratum effecit: neq; deinceps Noa fœmellam aliquā fœcundare potuit. ¶ Ob beneficium inuentæ vitis & vini dignatus est cognomento Iani, quod Arameis sonat vitifer & vinifer. ¶ At verò Chem cū publicè corrumperet mortale genus, asserens & re ipsa exequens congregendum esse (vt ante inundationem) cum matribus, sororibus, filiabus, masculis, brutis & quouis alio genere, ob hoc electus à Iano pijssimo, & castimonia atque pudicitia refertissimo, sortitus est cognomentum Chem.

Esenua id est, Chē infamis & impudicus, incubus, propagator. Est enim Esem apud Scythes Arameos infamis & impudicus. Enua verò tū impudicus tū propagator. ¶ Eū inter homines huius dogmatis sequuti fuerūt Ägyptij, qui sibi illū suum Saturnum inter deos adolescētiōrem fecerunt: & ciuitatē illi posuerunt dictam Chem Myn: à qua ad hāc ætatem omnes ciues illius appellamus Chem menitas. Verūm posteri hoc vitiosum dogma neglexerunt retento quod fuit primi moris, vt inter fratres & sorores coniugium iniri posset.

**¶ BEROSI DE ANTIQUITATI
bus regnorum Liber Quartus.**

**DE NYMBROTO SATVRNO ET
primo rege Babylonia & Aſyriorum.**

MUltiplicatum est in immēsum genus humanum, & ad comparādas nouas sedes necessitas cōpellebat. Tum Ianus pater adhortatus est homines principes ad quārēdas nouas sedas, & cōmuneim cōtū inter homines agendum & ædificandas vrbes. Designauit itaque illas tres partes orbis, Aſiam, Africam, & Europam, vt ante diluuium viderat. Singulis autem his principibus singulas partes ad quas irēt partitus ipse per totum orbem colonias se traducturum pollicitus est.

¶ Itaque NYMBROTOS SATVRNVM creauit Babyloniæ Saturnum primum: vt ibi primum ædificaret colonis suis. Quare Nymbrotus assumpto filio Ioue Belo cum colonis furatus est rituales Iouis Sagis, & cum populo venit in campum

pum Sēnaar, vbi designauit urbem & fundauit maximā turrim anno salutis ab aqs 131 regnauitq; ibi annis 56. & deduxit turrim ad altitudinem & magnitudinem montiū in signū atq; monumentum quod primus in orbe terrarū est populus Babylonicus, & regnum regnorū dici debet. Ergo ab eo exordiemur, & per ipsum mensurabimur omnia regna, & eorum reges ac tempora, abbreviando illa in hunc modum.

¶ Anno 131. à salute ab aquis prima omnium gētium & ciuitatum fundata est à Saturno Babylonico nostro, vrbs & gens nostra Babylonica, multiplicataque est nimis numero posteritatis, magisque studuit paci & religioni Saturnus deorū quam opulentijs. Et turrim quidem ædificauit, sed non compleuit nec designatam urbem fundauit, quia post 56. annos subito non comparuit, translatus à dijs. ¶ Ab exordio huius Ianus pater misit in Ægyptum cum colonijs Chemæsum : in Lybiam verò & Cyrenem Tritonem, & in totam reliquam Africam Iapetum priscum Atalaa. ¶ In Asiam orientalem misit Gangem cum aliquot ex filijs Cometi Galli : in Arabiam fœlicem, Sabum (cognomine thuriferū) Arabum præfecit Arabiæ desertæ & Petreum Petreix : Canam posuit à Damasco usque in extima Palestinæ. ¶ In Europa regem Sarmatiæ fecit Tuisconem à Tanai ad Rhenum. Junctiq; sunt illi omnes filii Istri & Mesæ cum fratribus suis ab Adula monte, usque in Mesemberiam Ponticam. Sub his tenuerunt Tyras, Archadius, Emathius: Italiam tenuit COMERVS GALLVS: Samotes possedit Celtas: & Iubal occupauit Celtiberos.

¶ Hi sunt qui egressi sunt post Nymbrotum singuli cuin familijs & colonis suis, reliquenter nomina sua locis in signum expeditionis à Iano patre coimmissæ & ad monumentum posteris: ut scirent quis eorum fuerit conditor. Hi iuxta mandatum Iani colonis turri constructa pro metropoli: ipsi in Veis & caueris casas habebant. Solus noster Saturnus idcirco excessit mandatum, quia urbeti urbium & regnum regnorum voluit esse Babyloniam: Rursus his temporibus Janus cū omnes in colonias missi abiuerint, eos qui remanserant, bipartitus est. Nam secum retinuit filios plurimos quos post salutem ab aquis genuit: & item maximam gentium multitudinem, quam secundum in colonias conducturus erat. Scytha cum matre sua Araxa & aliquot colonis qui Armeniam incolerent. Rex primus relictus est: constituto summo pontifice Sabbatio Saga ab Armenia usque in Bactrianos, quę longitudo à nobis ad hanc atatem vocatur Scythia Saga.

Sostremus omnium ipse Janus ab Armenia per orbem colonias seminatus egressus est. Hęc nostri maiores multis libris tradiderunt. Nunc de temporibus eorum ac posteritatibus dicemus iuxta id quod in nostra Chaldaica & primordiali Scythica historia fidei memoria conseruatum est.

¶ BEROSI LIBER QVINTVS DE regnum & prouinciarum antiquitate & origine.

VT supradiximus anno à salute humani generis ab aquis 131. cœpit regnum Babylonicum sub nostro Saturno, patre Iouis Beli qui imperauit annis 36. ¶ Anno huius

huius 10. Comerus Gallus posuit Ionias suas
in regno quod post Italia dicta est. Et regione
suâ à suo nomine cognominavit, docuitq; illos
legem & iustitiam. ¶ Anno eius 12. Iubal con-
didit Celtiberos, & paulò post Samotes qui &
Dis, Celtas colonias fundauit: neq; quispiā illa
estate isto sapientior fuit, ac propterea Samotes
dictus est. ¶ Anno Nymbotii 15. Oceanus ad
Nynū Ægypti cōsedit & mertos ex sorore Te-
thyde edidit liberos. inde superuenit ille corrū-
ptor humani generis ChēEsenuus vbi Thelchi-
nes magicā docens maxima opinione celebra-
tus. ¶ Anno 18. eiusdem Babylonisci regis Go-
gus Sabeam Arabiam Felicem cū Sabo suo pa-
tre puer tenuit, & Triton Lybiā & Iapetus pri-
scus Atlaa Africā: Cus Æthiopiam & Getulus
Getuliā. ¶ Anno eiusdē 25. Tuyfcon Sarmatas
maximos populos fundauit, & Mesa cum filijs
Istri priscos Mesios posuit vsq; ponticam Me-
sembrīā ab Adula monte. ¶ Anno 38. eiusdem
regis Sage Armeni inultiplicati possederunt o-
mnem Caspiam regionem ab Armenis vsq; in
Bactrianos: & Ianus pater lanceos colonos trās-
duxit in Hircaniā: & Ianilos in Mesopotamiam
versus mare sub Babylonia. ¶ Anno 40. eius-
dem regis aliquot coloni ex filijs Comeri in
Bactrianis sibi sedes quæsivierunt. Et Gāges in
India sedem sui nominis. ¶ Anno 45. eiusdem
regis aliqui ex filijs Mesę ac Getuli iuncti simul
priuii Mesagetas in India propagauerunt. Eadē
tempestate Saturnus rex Babylonia misit prin-
cipes coloniarum Assyrium, Medium, Mosciū
& Magogum qui regna cōdiderunt. Assyrium,
Medū, & Magogum, in Asia: Moscos vero, & in

Asia simul, & in Europa Anameon quoq; adolescentulus Meones à se dictos condidit, & regnauit CL annis.

D E B E L O I O V E , S E C V N D O ,
Rege Assyriorum.

Secundus rex Babylonie IUPITER BE-
LVS filius dicti Saturni regnauit annis 62.
& fundamēta designata Babylonię oppidi magis quām vrbis erexit. Pace fruebatur usque circa finē imperij sui. ¶ Anno 3. huius Comerius more Scythico vnde venerat, docuit suos Italos vrbē curribus cōponere. Et idcirco Veij appellati sunt vocabulo Sago, qui veias plaustrum appellant: & vrbem ex his compositam, si parva sit, Veitulam: si magna, Vlurdum: si metropolis, Cyocholā. Ad hēc quoq; tempora Scythæ plaustris & currū pro domibus vtuntur. Et sub solario quidenī stabulum: supra verò habet officinas domus. Conclusit & loca à se cognominata. ¶ Tyras postquā Tyrum fundauit, cum principib⁹ coloniarū litora maris tenuit fundauitq; Thrases. Archadius Archadiam: Emathius Emathiā tenuit. ¶ Anno 45. huius Beli, Ianus pater posuit colonias in Arabia felice, & à suo nomine vnas vocavit Noa, & à cognomine Ianineas. Qui vero ex posteritate Comeri erant Galli, ab aucto cognomine illos appellauit Gallos. ¶ Anno 56. huius Beli Chem-Esenus venit in Italiam ad Comeros, & non compatente Comero cœpit colonias regere atque corrumperē suis impietatibus & iceleribus. Ianus vero pater circa Arabiae fœlicis fluvium plures colonias relinquens, & à se Ianineas cognominans, in Africam ad Trizorein venit. ¶ Hac

estate Jupiter Belus cœpit libidine dominandi torqueri. Et paulo antè Araxa cum filio Scytha (creato omnium gentium Sagarum rege Sabatius Saga atque in Armenia relicto) ipsa occupauit omnem partem occidentalem ab Armenia ysque in Sarmatiam Europæ. ¶ At verò Jupiter Belus cùm non posset alios subiugare nisi subacto & trucidato Sabatius Sagorum rege, clàm molius est illum perimere. Cumque Saturnus prospiceret se nō posse euadere, quòd innumeras insidias sibi parauerat Jupiter Belus, clandestina fuga se turabatur in Sagis Caspijs delitescendo. Cumque naturæ concederet, iussit filio Nyno ut Sabatium Sagum funditus deleret & omnes populos Babylonico regno subiiceret: quia omnium in orbe primum fuisset. Quo accepto Sabatius delitescebat in Bactrianis Sagis, quo usque cerneret tempus idoneum, vel ad regnum vel ad fugam. Ita arma Iouis contra eum parata, illum regno pepulerunt circa tempora Semiramidis. ¶ Eodem tempore Triton reliquit filium Hammonem regem Lybiæ: qui accepit coniugem Rheā sororem CamEsenui Saturni Ægyptiorum: sed tamen ex Almanthea adolescētula. clàm Rhea. Dionysium sustulit: & in Nysam urbem Arabiæ educandum misit.

DE NINO FILIO BELI

Tertio Rege Assyriorum.

TERTIUS rex Babyloniarum à nostris scribitur
TENINVS. Iouis Beli filius: & regnauit
annis 52. Hic omnibus suis viribus sumptis:
annis patris sui Iouis Beli, omnibus bel-
lum intulit, nulli parcens: & Sabatium

Profectus.

Sagā quōd esset in omniū desiderio , omni sta-
dio ad interitū quæritabat, quare etiā toto hu-
ius tēpore exul apud suos delituit. Hic omniū
primus ex nostris regibus Babylonicū regnum
propagauit & omnium primus templum Belo
patri & matri Iunoni & Rhei auie. & statuas in
medio oppidi Babylonie erexit. ¶ Anno huius
Nini 4. Tuiscō gigas Sarmatas legibus format
apud Rhenum : Idipsum agit Iubal apud Cel-
tiberos : & Samotes apud Celtas. Econtrario
C A M E S E N V S Saturnus Ægyptiorum, Co-
maros Italos nitebatur corrumpere iuuātibus
illum conuenis & aduenis , quos ille pro Ita-
liaz colonis conduxerat: quos ipsi vocant mon-
tanos Aborigines. Et apud Lybiam lis orta est
inter Rheam & Hammonem, ob stuprū admis-
sum cum Almāthea: quærebatq; Rhea vbi Dio-
nysius esset, vt eū perderet: & diu lis ista rixaq;
perseuerauit. ¶ Anno Nini 19. Ianus pater ex
Africa in Celtiberos Hispalos venit vbi duas
colonias diuisit à se dictas Noelas: & Noeglas:
his enim etiam antea cognominibus cogno-
minauerat vxores Iapeti & ChemEsenui. ¶ Ni-
ni anno 19. Ianus pater veniēs in Italiam cùm
comperiisset CemEsenum prater opinionem
corrumpentem iuuētutem , tribus annis illum
æquo animo tuiit. Deinde illi aliquot colonijs
assignatis eū Italia excedere iubet. ipse omnes
colonias diuisit. Etenim omnes colonos Co-
maros corruptos & conuenas, & aduenas mó-
tana trans Ianiculum amnem colere iubet, il-
lisque filiam suam Cranam Helernam , id est,
suffragio ab his electam & exaltatam reginam
cum sceptro Albam dat.

¶ Namque

¶ Nanq; duos filios suos nouissimos cum illorum posteritate Cranum & Cranam Ianus cum Comero miserat, coaluerantq; in gentem atq; posteritatem maximam. quam nostra aetate Ianigena vocant. Cognominauit autem Razenua, id est, sacram propagatricē incubamq; contra impietatem CamEsenui. Itaq; suam posteritatem separatam ab Aboriginibus esse voluit cis Ianiculum amnem, in planicie atque maritimis. Cognominauit autem eam Razenuam: ut & Cranum Razenum. Interea cum Italia discessisset CamEsenus, ad illum Rhea venit: & illi nupta, ambo contra Hammonem cum Titanibus pergunt. ibiq; bello commisso pellunt regno Hamonem, & in Cretam cogunt. Cum in Lybia ChemEsenus regnat, patrit ex Rhea sorore Osirim, quem cognominauit Iouem.

¶ Anno 22. Nini Ianus in Tuscia Ianiculum quod aetate CamEsenui condidit, sedē sibi perpetuam statuit vsq; Arnum. vbi colonias positas vocavit Arni Ianas: id est, à Iano exaltatas. Vetuloniae iura dicebat.

¶ Anno Nini 43 Sabatius. cum aduerteret nullo pacto sibi licere vti regnis, creato Armenis Sagis rege filio Barzane in Sarmaticū Ponti litus concessit. ¶ Eadem tempestare Dionysius Hammonis filius armis sumptis Rheam & CamEsenum regno paterno pellens, & secum Osirim retinens, in filiumq; adoptās: eum à patre suo Hammonem Iouem cognominauit: vti à magistro Olympo. Olympicum, eiique totius Aegypti regnum tradidit. ¶ Eodem anno virgo Palladon apud Tritonide lacum infantula ex-

posita ab eodem Dionysio (Ioue Lybico etiam cognominato) adoptata in filiis fuit: quæ omnem militiam prima Lybieos docuit. ¶ Eodem tempore Janus pater lanigenas Razenuos docuit physicas, astronomiam, divinationes ritus: & rituales scripsit: & omnia literis mandauit. Eisdem vero nominibus & veneratione diuina sunt prosequuti, quibus in Armenia Saga erant vii.

¶ Anno 49. Nini Celtiberos rexit Iberus filius Iubal, à quo Iberi nominati fuerunt.

¶ Nini 41. anno apud Celtas regnauit Samotis filius Magus, à quo illis oppida pluriua posita sunt.

¶ Ultimo anno Barzanes in Armenia à Nino superatur.

DE SEMIRAMIDE, ET III.

Regno Assyriorum, in quo Ascalonita Semiramis.

Quarto loco regnauit apud Babyloniam vxor Nini Ascalonita Semiramis annis 42. ¶ Haec antecessit militia, triumphis, diuitiis, victoriis, & imperio, omnes mortales. Ipsa hanc urbem maximam ex oppido fecit, ut magis dici possit illam adificasse quam ampliasse. Nemo unquam huic foeminx comparandus est virorum, tanta in eius vita dicuntur & scribuntur cum ad vituperationem, tum maxime ad collaudationem magnifica. ¶ Huius primo anno oritur ex Rhea & Cam Esenuo in Aegypto Juno Aegyptia cognominata Isis maxima frugifera legifera, sotor & vxor Osridu. ¶ Eodem anno SABATIVS SAGA à Ponto soluit in Italiam ad patrem Ianum, quem exceptum hospitio

hospitio post aliquot annos illum Coritum
creauit: & Aboriginibus præfecit.

¶ Anno 6. Semiramidis apud Rheni Sarma-
tas regnauit filius Tuyfconis Mannus: ¶ Et a-
pud Ianigenas Razenuos Vesta vxor Iani sem-
piternum ignem custodiēdum virginibus puel-
lis edoctis sacra tradidit.

¶ Anno 12. Semiramidis Sabatius Saga cum
Iano regnat.

¶ Anno 17. Semiramidis Sabatius Saga do-
cet agriculturam & aliquantulum religionis.

¶ Anno 22. Semiramidis Sabatius Sabum
præfecit Sabinis & Aboriginibus. ipse iuxta Ia-
niculum cum aliis Curetibus regionem coluit
& ibi obiit.

¶ Anno 34. eiusdem apud Celtiberos regnat
Iubalda filius Iberi apud mōtem sui nominis.

DE ZAMEL NYNIA V.

Rege Assyriorum.

Q Vintus apud Babylonios regnauit Za-
meis Nynias filius Semiramidis annis
38. In regno Babylonico hic parum resplēduit,
ornauit etamen templa deorum, Chaldeos am-
pliavit.

¶ Eius anno 1. cùm Sabatius obiit, Janus pa-
ter senissimus filium suum CRANVM Cori-
tum creauit: octauoq; post anno, obiit: e. pletis
vitæ sua annis 130. & Ianigenæ, illum Vortu-
mnum appellantes, tēplum illi & diuinos ho-
nores ut par erat, impenderunt.

¶ Hoc anno Osiris inuentis à se & à sorore
adolescentula frumento & frugibus cœpit do-
cere illa in Palestina. Inde reuersus in Aegy-
ptum & inuento aratro & his quæ ad agricul-

turam pertinent, sensim vniuersum peragranit orbem, docens quæcunq; inuenierat. & ita vniuerso imperauit orbi: exceptis gentibus, quæ iam in Babyloniorum venerant potestatem.

¶ His temporibus regnauit apud Celtas Sarson qui vt contineret ferociam hominum tum recentum publica litterarum studia instituit.
¶ Et apud Tuyscones IN GHA E N O N. & post eum I S T E V O N.

DE A R I O VI. R E G E.

Affyriorum.

S Extus Babyloniz rex Arius regnauit annis 50. qui adiecit imperio omnes Bactrianos. Nam paulò ante mortem Niniz CamEsenius pulsus ab omni ferme orbe in Bactrianos sese contulerat: & illos magico præstigio sibi deuin xerat: adeo vt apud illos maximis viribus imperaret. Coacto autem CamEsenius maximo populorum exercitu inuasit Assyrios, contra quem Ninus dimicans superior fuit & CamEsenium obtruncavit. Inde paulò post ipse cebiit. Quare Arius collecto exercitu post patris Niniz obitum Bactriancs & omnes Caspios sibi subiecit. ¶ Cranus Ianigena sororem suam mortuam cum Ianigenis Razenuis suis & omnibus simul Aboriginibus solenni pompa celebrat: & illi Iucum iuxta Ianiculum annum solennesque ritus & diem sacrat, ipse senex filium suum AVRVNV M Coritum creat.

¶ Arius 20. anno apud Celiberos regnat Brygus qui multa oppida suo nomine fundauit adiectis nominibus capitum origiuum, quibus illa consignabat.

Apud Lybianu regnauit priscus Hyarbas vir ferox

ferox armis & militia Paladius.

¶ Anno 24. Arij apud Ianigenas Razenuos
regnat Aurunus filius Crani.

¶ Anno 29.apud Celtas Dryus peritię plenus.

DE ARALIO VII. REGE

Affyriorum.

S Eptimus Affyriis imperat Aralius annis
40. vir iste claruit ingenio & studio milita-
ri, & primus adauxit pōpas & gemmas & mu-
liebres delitias.apud Lybiam Hyarbas cum Pa-
laduis fœminis belligerans non fuit illis par.
quare donis occurrentis se ac regnum illarum
permisit potestati.

Apud Tuyscones regnabat Herminon vir fe-
rox armis : & apud Celtas Bardus inuentione
carminum & Musicæ apud illos inclytus.

¶ Aralij anno 10. Armeni, Ianigenæ, Gripho-
nij cum coloniis suis ad Aurunum Ianigenum
venerunt: queis exceptis hospitio, etiam sedem
cū Ianigenis Razenuis assignauit. Clasſe quo-
que Auson eodem tēpore ab Auruno fuit ex-
cep̄tus anno 8. sequente, & sibi sedes in orien-
tali Italia ab eodem consignata fuit.

Idem Aurunus in Vetulonia lucum sacra-
uit Crano, & inter Isos, id est deos annumerā-
uit: Iano quoq; Vortunno templum & statuam
non procul vrbe dedicauit : & deo Razenuo in
Vetulonia sacellum condidit. Nouissimis an-
nis Aurunus, M A L O T T A G E T E M fi-
lium creauit Coritum & 35. Aralij anno obiit:
& successit Malot Tages.

¶ Anno penultimo Aralij clasſe venit ad
Malot Tagetem Razenuum Ianigenum Phaz-
toncum suis: qui inueniens omnia ab Auso-
nibus.

niis occupata ab Oriente: & montana à Gallis & Aboriginiis possessa; planicie verò à Razenuis Ianigeniis habitata; donatus fuit parte Occidentali, posseditque cum sua posteritate montes & totum Eridanū usque in regionem proximam, istis relinquens nomina locis.

¶ Eo tempore Italia in tribus locis afixit multis diebus circa Istros Cymeos, & Vesuvios: vocataq: sunt à Ianigenis illa loca Palensana, id est regio conflagrata.

DE BALEO XERXE VIII.

Rege Assyriorum

Octauus rex Babyloniæ fuit Baleus cognomento Xerxes & regnauit annis 30. hunc appellauerūt Xerxem, id est victorem & triumphatorem quod imperauit duplo plus gentibus quam Aralius. Erat enim militia ferox & fortunatus: & propagauit regnum usque prope Indos.

¶ Huius Balei Xerxis temporibus: regnat apud Celtiberos Tagus cognomento Ornia, ex quo patria dicta fuit Taga. ¶ Apud Tuyscaes regnat Marsius: & apud Lygures Phæton relicto filio Ligure regressus est in Aethiopiam. Malot Tages ritus sacros à lano traditos & Auspicinam auxit.

DE ARMATRITI IX. RE-

ge Assyriorum.

Nonus rex Babyloniæ Armattritis imperauit annis 28. magis ad voluptates & delicias conuersus, ea quæ ad libidinem spectant, eam inuenit; tum maximè inuenta ampliauit. ¶ Huius etate apud Celtas, Longho regnauit: & apud Celtiberos Boës, à quo regnum habuit.

buit nomen: & apud Ianigenas. SICANVS filius Malot Tagetis, à quo cognominata fuit Vetulonia regio.

¶ Anno 20. Armatritis Lygur misit Cydnū, & Eridanum cum coloniis, cum fratribus & nepotibus: & occupauerunt vsque Istrum in Italia. Sicanus dēificauit Aretiam & nominauit eam lingua Ianigena, Horchiam. Osiris in Thracia peremit Gigantem Lygurgum.

¶ Anno Armatritis 32. apud Celtiberos tyrannidem assumpsit Deabus: qui cognomentū promeruit à fodinis auri & diuinitiis quas primus ibi cœpit & inuenit, opprimens colonias. ¶ Et post duos annos apud Celtas regnauit Bardus iunior.

DE BELOCHO X. REGE

Affyriorum.

Decimus Affyriorū rex imperat Belochus annis 35. qui idcirco à Belo sumpsit cognomen: quia, cùm imperium voluit exercere circa maximum pontificium Beli Louis, & maximè circa auspicia & diuinationes occupatus fuit. ¶ Eius auus apud Thuyscones regnauit Gambrivius vir ferocis animi. Apud Emathios cœpit regnare Macedon filius Osiridis: à quo nunc nomen retinet prouincia: atque circa hoc regnum Osiris depresso Gigantes, qui iam tyrannidem cœperant.

¶ Vigesimali huius Belochi anno apud Celtiberos Lomnimi florebant, & adiisticauerunt à suo nomine urbem magnā Lomnimiam. ¶ Anno autem sequente Itali oppressi à tyrannis Gigantibus in tribus Palensianis, aduocaverunt OSIRIM, qui cum coloniis ad Italum

vicinos fontes peruererat. Osiris tota Italia potitus 10. annis illam tenuit & à se nominavit in triumphum: & sub ditione positis gigantibus regem Ianigenis reliquit: LESTRIGONEM gigantem, sibi ex filio Neptuno nepotem.

¶ Anno 32. Belochi rex Lucus regnare coepit apud Celtas. Nouissimis annis Belochi tenuit mare Atticum; & ebulliens inundauit Atticā.

DE BALEO XI. REGE

Affyriorum.

V Ndecimus Rex Babylonii fuit Baleus annis 52. Hic post Semiramidem supra ceteros enituit fama, splenduit imperio, usque intra Indiam. Libri multi de eius gestis sunt à nostris conscripti. ¶ Huius anno 10. Porcus Cados Sene insulam compleuit. Vetulonicis coloniis, partem relinquens posteritati Lygures.

Huius Balei temporibus Indi sua obtulerunt Babylonii. Osiris in Ægyptum reuersus, columnā quæ permanet, inscripsit, in monumentum expeditionis suæ per totum orbem. ¶ Apud Thuysones regnat Sueus: & apud Celtas Celte: à quo nomen habuerunt montes illorum maximi à conflagratione syluarum qui dividit Celtas & Celtiberos. ¶ Typhon Ægyptius, omnibus orbis gigantibus consciis, fratre suum Osiridem (Iouem iustum Ægyptiū) peremit. & ipse in Ægypto assumpit tyrannidem. Busiris in Phœnicia in Phrygia verò aliis Typhon: in Lybia Anteus: in Celtiberia Longini: in Italia Lestrigones. & in toto mari Mininus Cretensis.

¶ HERCOLES Osridis filius cui nomen est

est Lybius, cum Iside in Ægypto substitulit Typhonem in Phœnicia Busiridē: alium verò Typhonem in Phrygia: Milinū in Creta: Anteum in Lybia: Lonnimos in Celtiberia: à qua (substituto illis rege Hispalo) ad tyrannos Italiam conuersus est. Cumque in Italiam per Celtas transiret permisso parentum, Galatea genuit illis Galatem regem.

In Italia 10. annis debellauit & expulit Lestriones. Postquam 20. annos apud illos pacificè regnauit, multaq; illis oppida à suo nomine & à suo cognomine Musarna (sicut Gedrosia & Carmaniae) fundauit & loca aquis impedita habitationi hominum, commoda fecit.

Anno itaq; Balei 41. orsus in Italia pugnam contra gigantes, biennio ante illius obitum illos deleuit. Ita ab Hispalis Hercules venit in Italiam: Lestriones & omnes tyrannos substitulit, Arnos, Libarnos, Musarnos à se cognominatos condidit. ac 30. annis rexerit. & accessum T V S C V M illis regem reliquit.

DE ALTADE XII. REGE

Affyriorum.

Altadas 12. rex Babyloniis fuit regnans annis 33. Hic interposuit tempus suum delitiis existimans vanum esse laboribus & suæ vita miseris cōtinua laborare. non quidem aliorum humanæque gentis utilitate ac beneficio: sed exitio ac seruitute. idcirco suum institutum fuit: ut vita, diuinitis, & gloria, aliena stultitia (posita miseria à se & maioribus) partis, sibi frueretur quoad viueret.

¶ Huius Altadis tempore Hercules filium Tuscum ex Arana susceptū ex Tanaide regio-

Berosus.

ne euocat. Galates (à quo Samothei Galli dicti) eius state regnauit apud Celtas: & Vandales apud Tuytones.

¶ Hercules TVSCVM filium Ianigenis erat Coritum ex more. Quo etiam illis rege reliquo: Ipse senex admodum in Celtiberos revertitur anno Altadis 39. & regnauit ibi atque obiit: cui Celiberi templum ad illius Gades & sepulchrum & diuinos honores tribuerūt, plurimasq; illius triumpho & nomini vrbes dederunt: ut Lybisonā, Lybisocam, Lybuncam, Lyboram, Galatheum puerum ad Herculem missum, in Siciliam cum colonis misit Tusci. Idem Tusci, primus Palatuam militiam & iniamenta Razenuos Ianigenas docuit.

DE MAMITO XIII. REGE

Affyriorum.

Tertius decimus Babylonie Rex Mamitus regnauit annis 30. Is rursus milites excœlit & assuefecit laboribus: & interpositis delitiis, ynguētis & opobalsamis militiam & pugnas exequebatur, cœpitq; formidini esse Syris & Aegyptiis. ¶ Huius anno 22. ALTEVS Tusci filius regnat apud Ianigenas: & biennio antè Hesperiis frater Kitim apud Celtiberos: rursus apud Celgas Harbon: & apud Tuytones Teutones.

DE MANCALEO XLLL. REGE

Affyriorum.

Quartus decimus rex Babylonis imperavit Mancaleus annis 30. cuius anno primo apud Celtiberos Kitim pulso fratre Hespero in Italiam regnauit.

¶ Duodecimo vero anno Mancalei apud Ianigenas

nigenas regnat KITIM relicto in Celtiberis
rege filio Sycoro. ¶ Eiusdem Mancalei tempo-
ribus apud Tuyscones regnat Hercules Alemas
nus: apud Celtas Lugdus, à quo prouincia & ho-
mines cognomenta sumpserunt.

Kitim, ob mentis excelleiam) Ianigenæ sua
lingua vocauerunt Italum Athlaa. Hic filiam
suam Electram Ianigenarum principi Cambo-
blasconi dedit coniugem: qui pro nuptiis colo-
nias misit trans Alpes Italiz proximas: & Ro-
mam filiam suam Italus primo sub reginam A-
boriginibus sacrat, filium quoq; suum M O R-
G E T E M Italus Kitim creauit Coritum.

DE STERO XV. REGE

Affyriorum.

QVINTUSDECIMUS Affyriis imperat Sternis
annis 20. vir de cuius gestis & prudentie
omne vulgus personat. ¶ Huius temporibus
Morges filius Itali creauit Coritum suum co-
gnatum C A M B O B L A S C O N E M. & pau-
lo post idem Coritus manet Itus.

¶ Apud Celtiberos regnat Sicanus filius Si-
cori post obitum Sferi sub Mamelio.

DE MAMELO XVI. REGE

Affyriorum.

SEXTUSDECIMUS rex Mamelus Babylonis im-
perat annis 30. anno octavo R O M A-
N E S S O S filius Rome fit primus subregulus
montanorum Aboriginium: & Sicanus regnat
apud Celtiberos.

¶ Apud Celtas Beligius, à quo illi Beligii
appellantur, regnat: & apud Ianigenas tandem
à patre I A S I V S creatus est Coritus.

¶ Iasius creatus est Coritus: & anno sequen-
terosus.

te simul cœperunt duo reges, videlicet primus rex Atheniensium Cecrops priscus & Iasius lanigena apud Celtas. In Iasij nuptiis, affuit Iægyptia. Sola enim fœminarum vno plus Donec centenario, vixit: & vniuersum ferme orbem lustrauit post viri intetitum.

D E S P A R E T O X V I I . R E-
ge Assyriorum.

Decimus septimus rex Babyloniorum fuit Sparetus: & regnauit annis 40. Sub eo cœperunt miranda in orbe. Nam terræmotus Babylonios terruit. Athenienses regnum exorsi sunt anno quarto eius. ¶ Et eodem anno Iasius lanigena imperauit Italicis & Ciceleus aliquantò post Celtiberis.

¶ Sub Spareti imperio finierunt Ægyptij reges magni, Orus, Acencheres, Acoris: & cœpit Chencres: qui cum Hebrais de Magica pugnauit. & ab eis submersus fuit. ¶ Anno quoq; huius 34. & 35. in Thessalia diluuium fuit non solum ex himbris, sed quod obturatis montibus casu flumina planiciem impleuerunt: & subsequito terræmotu apertis ostiis montium aquæ in alueos regressæ. & in alia eorum parte post terræmotum sequutum est incendium, sub quodam illorum rege Phætonte: & noster rex Phænices & Syros subegit. ¶ Antea verò anno 20. huius imperij, ab Italia so in Ægyptum regreditur. Et lis prima intestina oritur, pro regno, inter Dardanum & Iasium. Aborigines sequebantur partes Dardani: Ianigenæ ve-
so & Siculi cum Siceleo partes Iasij.

Rege Assyriorum.

Decimus octauus rex præfuit Babylonie
Ascataes annis 41. qui funditus omnem
Syriam ditionis suæ fecit. ¶ Cuius anno 13. vi-
tis inuenta apud Græcos narratur. ¶ Sub eo-
dem anno Dardanus Iasum dolo peremit, &
fugiens in Samotraciam diu ibi latuit. ¶ Iasio.
C O R Y B A N T V S. filius successit

¶ Ascatais anno 8. Chēcres vinctus, Hebræo-
rum magica periit in mari. cui apud Ægyptios
successit Achelles. Apud Celtiberos Lusus: a-
pud Celtas Allobrox. ¶ Et apud Aborigines I-
talos Rhomanessus filius Rhomæ, primus Saturn-
nus consecratus, mox obiit: cui successit filius
eius *Picus Priscus*.

¶ Anno ultimo regis Ascatais Ato donauit
Dardanum parte agri Meonici, & ita regnum
Troianum cœpit. Dardanus si qua iura in Italiam
regno habebat resignauit Turrhenio filio Atus.

¶ **T V R R H E N V S** adnauigans in Italiam
Ianigenam, à Cybele & Corybanto, tanquam
ex Herculeis, hilari hospitio exceptus, & ciuili-
tate Razenua donatus est. Ipse Turrhenus inul-
ta Meonica ornamenta profrens dedit. Cory-
batus vero & Cybeles (ordinata dynastia duo-
decim ducum, duodeci in populorū qui essent
ex Ianigenis, ipsi in Phrygiam se contulerunt.

¶ Porro etiam sub Ascatade apud Ægyptios
fuere reges Cherres & Arineus qui cognomi-
natus est Danaus, & Ramesies cognomento.
A. G Y F T V S. Itaq; qui reges & tempora tra-
duntur à nostris de primoribus regnis orbis, &
Iani diluvio primo usq; ad Dardanum regnum

Beroium.

conditum. his nostris brevissimis annotationibus sint hactenus dicta.

TQuinque Berosi libri de Antiquitatibus explicantur.

MANETHO IN SUPPLE-
mentis Berosi.

De Amynto rege Assy- rierum.	19	De Sosarme.	26
De Belocho.	20	De Myteleo.	27
De Belopare.	21	& hic quoque omisssus à Manethone.	
De Lamprido.	22	De Tautane.	28
De Sosare.	23	De Teureo.	29
De Lampare.	24	De Tynco.	30
Hic duo omisssis à Mane- thone.		De Berylo.	31
		De Eupale.	32
De Pannia.	25		

BEROSVS inter Chaldeos histo-
ricos probatior, deflorauit bre-
vissimis annotationibus omnia
Chaldaica de posterioribus regnis
orbis à diluvio maximo : quod
eorum maiores scribunt fuisse ante Ninum vs-
que ad præcipuum regnum Troiz conditum.
Nos quoq; vbi ipse reliquit, prosequemur ea
qua nobis ex nostris historicis, vel eorum rela-
tionibus consecuti sumus per nostros Ægyptios reges progrediendo: ut ipse egit sub As-
syriis.

ÆGYPTVS eiecto fratre Danao regna-
uit annis 78. Ab eo Ægyptus nomen accepit,
Pharaones pro dignitate dicebantur. ¶ Anno
huius 5. regnauit Amyntes annis 45. ¶ Anno
6. regnauit Dardanus annis 74. ¶ Decimo an-

no Danans Argis annis 50. ¶ Anno 16. huius regnauit *Turhenus* apud *Ianigenas* annis 51. ¶ Anno 33. in *Creta* regnauit *Asterius*. ¶ Anno eiusdem 35. apud *Celtas Rhomus*, à quo *Romandi*. & biennio post apud *Aborigines Faunigena* *Priscus*. Apud *Athenienses Pandion*. ¶ Anno 50. apud *Assyrios Belochus iunior*: ¶ Et anno 67. apud *Aborigines* imperabat *Amnus Faunigena*.

¶ Secundus post hunc *Pharao Memopsis* imperat apud *Ægyptios* annis 40. ¶ Cuius secundo anno apud *Trojanos* regnat *Erithonius* annis 46. ¶ *T A R Q V O N P R I S C V S* apud *Razenuos Ianigenas*, qui nunc dicuntur *Turheni*, & *Tusci*, ob *Turhenum* & peritiam diminorum quæ à *Iano* didicerūt, regnat annis 21. ¶ Apud *Celtas Paris*, apud *Celtiberos Testa Lybius Tryton*. ¶ Anno 7. eiusdem apud *Assyrios* regnat *Belopares*. & *Mindis* regnat in *Creta*. ¶ Anno vero 19. *Atheniensibus* regnat *Erichtheus*. ¶ Anno 35. eius apud *Tuscos* annis 15. regnat *A B A S*, à quo positi sunt *Abij Tuscis*. ¶ Et anno eiusdem 33. *Argis* regnat *Abas*, *Argus*. ¶ Anno 30. *Menophis Cadmus* & *Phœnix* à mari rubro profecti apud *Sydonem* regnauerunt. ¶ Post septennium *Cadmus* docuit rudem *Græciā*, & regnauit *Thebis*. ¶ Apud *Assyrios* regnauit *Lamprides*. ¶ Et ultimo eius anno *Zetus Amphion* expulerunt *Cadmus*.

¶ Post *Menophin* cepta est *D Y N A S T I A L A R T H V M*, vt in Italia: quæ *dynastia* duravit annis solaribus 194. Horum *Larthum* in *Ægypto* primus fuit *Zetus* qui regnauit annis 55. cuius anno 8. in *Dardania* regnauit *Tros*.

Maneth.

¶ In Tuscia vero anno huius 33. regnauit annis 28. V E I B E N V S ex familia Veituloniarum. (Hic locus ira restituendus videretur. In Tuscia vero Olanus 23. regnauit annus & post eum 58. Vribenus ex familia Verulonia.) ¶ Primo quoque anno Zeti regnauit apud Celtas Lemannus. ¶ Et 32. anno apud Aborigines Mars Italus cognomento Ianus iunior. ¶ Anno eiusdem 35. apud Celtiberos Rhomus regnauit.

¶ Secundus Larthes Aegyptius fuit R A N-
S E S annis 66. ¶ Anno eius 24. Assyriis impe-
rat Paunias. ¶ Eiusdem anno 28. Atheniensi-
bus regnat Egeus. Cadmus Armoniam sororem
Iasi Samotracis dicit uxorem. Olbius regnat
apud Celtas. ¶ Anno 60. Cadmus ex zeloty-
pia primae uxoris ob Armoniam discrimen cer-
tamenque patitur. ¶ Eiusdem anno 23. Cœlus
cognomento Saturnus iunior regnat apud Abo-
rigines. ¶ Et tertio anno post apud Turhenos
regnat O S C U S cuius insigne fuit serpens.
Hic ex Veitulonia multas colonias seminavit
apud quam erat oriundus magna familia.
¶ Anno eius 13. Ilus regnauit apud Troianos.
52. annis, & Palatuus apud Celtiberos: apud
Celtas Galatas iunior, qui vicit Sarmatas, & co-
dedit Galatas Asiz. ¶ Anno eiusdem 47. Ticus
iunior fit rex Aboriginibus. ¶ Et apud Tuscos
regnat T H A R C H O N S E C V N D V S an-
nis 44. post Oscum. ¶ Anno penultimo Rames-
sis apud Celtas regnauit Nannes.

¶ Tertius Larthes Aegyptius Amenophis an-
nis 40. regnauit, & imperat: cuius anno primo
Laomedon imperauit Troiz. ¶ Anno vero ter-
tio Sosatinus regnat Assyriis: & Hercules Am-
phi-

phitryonis nascitur anno sexto: vixitque annis
52. & periit igne. primus ex maximis piratis.

¶ Anno Amenophis 14. apud Aborigines re-
gnat Faunus iunior. ¶ Et 29. anno Tuscis impe-
rat THYBERINVS, ex familia Veia Vetu-
loniæ annis 35.

¶ Quartus Ægyptiis imperauit Ammene-
phos, al. Amenophis. annis 27. ¶ Cuius anno
quarto apud Celtas regnat Rhemus, à quo Rhe-
mi. ¶ Anno nono eius apud Assyrios regnauit
Tautanes. ¶ Et anno 16. apud Aborigines Lar-
inus. apud Tuscos autem regnat MEZENTIVS.
Secutus est ultimus Larthes septem annis.

Postquam secuta est Dynastia sine Larthe an-
nis 177. per quam numerabimus qui Babylo-
niæ, Ægyptiæ, Turtheni floruerunt. Anno Dyna-
stie Diapolitanorum primo, Troia euersa fuit,
& anno tertio Eneas venit in Italiam ad Lat-
inum, & Euandrum, & Turhenos: apud quos
regnauit TARCHON I V N I O R annis 20.
¶ Anno septimo Ascanius Latinis imperat.
¶ Anno verò sequente Teuteus Assyriis: & post
Francus Celtis, ex Hectoris filii. & anno eodem
Lydi mare obtinuerunt. ¶ Anno 42. A-
mazones templum Dianæ Ephesi succenderūt.
¶ Et anno 47. OC NV S imperauit Italæ an-
nis 46. vixit annis 96. & 49. Sylvius Latinis: &
Tyneus Assyriis. ¶ Anno 45. Dynastia regna-
uit Latinis Eneas Sylvius. ¶ Et Assyriis Dercilius
anno 47. ¶ At 72. Tuscis imperat PYPINVS
annis 52. ¶ Anno 8. regnat Latinis Sylvius La-
tinus. ¶ Et 121. Eupales Assyriis. ¶ Anno 158. Al-
ba Latinis regnat, & 128. NYCIVS FESV-
LANVS Tuscis annis 47. ¶ Anno 166. PY-
Monech

SEVS TVSCVS pirata imperat Italix annis 52. Ita paulatim Assyrij, Agyptij, Turtheni, delitiis eneruati decrescunt. econtratio Latinicrescunt. Itaq; subiiciemus breuiloquium, quo pacto reges Assyriorum & Agyptiorum coeperunt eneruari. ecōtrario Gracorum & Latinorum Aboriginum. Apud enim Tuscos Piseo successit TVSCVS IUNIOR annis 39. huic AMNVS annis 35. quem secutus est FELSINVS annis 33. Hinc BON annis 28. ATRIVS 27. MARSIAS 18. ET ALVS 30. CELIVS 21. Ex Latinis autem secuti sunt per quos propagati Romanii Imperium tenent.

Manethonii supplementa explicunt.

F. IO ANNIS ANNII VITERBIENSIS Berossi commentatoris Chronographia Etrusca digesta: cuius prima pars Digestio Italia sub aurea etate à diluvio ad Ninum Cam Esenum regibus annis ducentis quadraginta nonam.
hoc modo.

S Olitudo Italix 108. Qlanus primus adueniens 33. Comerus Gallus 58. Ochus Veius 60. Sequuntur anni 30. & 400. à Camese, ad Atlantem Italum, à quo Italia sub his regibus Cameeses 19. Qlani secundus aduentus 82. Cranus Razemon 54. Aruns 43. Tages 42. Sicanus 30. Enakij Lukij 30. Apis 10. Lestrigon 45. Hercules 30. Tuscus 27. Alteus 7. Hesperus 11. Sequuntur anni ab Italio usque ad excidium Troix 454. sub his regibus Lartibus Italix Italjus Atlas 19. Morges 29. Coritus 33. Iasius 50. Coribam 48. Turthenus 51. Tarcon priscus 23. Abas 15. Qlanus 21. Veiderinus 43. Oslus 34.

Tar-

Tarcon secundus 46. Thyberinus 30. Mezen-
tius 22. ¶ Item à 22. anno Mezentij vsque ad
sextum Celij & principium Romuli computa-
tis quinque annis laborum Eneæ etiam tribus
regni eius sunt anni 143. sub his regibus Tar-
chon tertius 20. Ocnus Bianor 46. Pipinus 52.
Nycius 47. Pyseus 52. Tuscus iunior 39. An-
nus 25. Felinus 43. Bon 28. Atrius 27. Marsias
18. Etalus 30. Celij pars 6. ¶ A sexto Celij quo
cœpit Romulus vsq; ad pulsos reges, fuerunt;
anni 244. sub Lartibus Celij residuum 15. G A-
LERITVS 20. LVKIVS TVSCVS 25.
CIBICIVS 82. LVCVMO CLVSI-
NVS 38. RHETVS 24. VELVS 41. ¶ A
pulsis ab Roma regibus ad perdomitam ciui-
tatem Etruriæ regnum est annis 202. ab his
Lartibus PORSEN A C L V S I V S 58.
TOLVMNIVS VEIENS 22. EQVES
TVSCVS 40. LIVIVS FIDENAS 48.
ELBIUS TVSCVS 32. Post eisdem Elbij
regnauit PROLARTES TVR RHE-
NV S eius filius annis 26. & ciuitatem Etruriæ
dedit Romanis Turthenus 26. ¶ Post datam
ciuitatem Etruriæ claruit posteritas Elbij, &
Turtheni sub Romanis 354. annis, ex quibus
Turthenus vixit vsque ad superatam Tusciam,
signatum argenteum numum Romæ in triumi-
phum annis 12. Turthenus qui supra 15. Titus
40. Voltumnus 48. Cecynna 56. Menipus 46.
Menodorus 36. Mecenas 56. Scianus 23. Skeini-
mus 33. Otho Ferentinus 1.

¶ METASTHENES PERSA DE
iudicio temporum, & annalium
Persarum.

<i>De Assyriis Regibus ac</i>	<i>De Ofraganeo.</i>	36
quidem speciatim (ut	<i>De Ascra zapē.</i>	37
hūc Metasthenem Ma	<i>De Tonos concolero seu</i>	
nethoni iungamus)	<i>Sardanapalo.</i>	
<i>De Laosthene 33. rego As</i>	<i>De regno Assyriaco bi-</i>	
syriorum.	<i>partito & ad Medos &</i>	
<i>De Tyrithidia.</i> 34	<i>Babylonios: inde ad Ter</i>	
<i>De Ofrateo.</i> 35	<i>sas translato.</i>	



VI de temporibus scribere parāt:
 necesse est illos non solo auditu
 & opinione chronographiam scri
 bere, ne cū per opiniones scribunt
 (vti Græci) cum ipsis pariter & se
 & alios decipient, & per omnē vitam aberrent.
 Verū absque ullo errore fiet, si solos annales
 duarum monarchiarū assecuti: cæteros omnes
 vt fabulatores reiecerimus: in his enim tā liqui
 dē atq; verè digesta sunt tempora, reges & no
 mina quām apud eos splēdidissimē regnatum
 est. Neq; tamen omnes recipiendi sunt qui de
 his regibus scribunt: sed solum sacerdotes il
 lius regni, penes quos est publica & probata
 fides annualium suorū, qualis est Berosus. Nam
 is Chaldeus omne tempus Assyriorum diges
 sit ex antiquorum annalibus, quem solum vel
 maxime vnum Persæ nunc sequimur. ¶ Is er
 go tradit ante Ninum 249. annis regnatum fu
 isse sub tribus diis regibus quorum qui primus
 vniuerso imperavit orbi, fuit Ogyges: qui præ
 fuit inundationi terrarum. Inde Saturnus fun
 data Babylonia regnauit annis 36. Belus Iupi
 ter

ter eius filius 62. Nintus eius filius, qui primus
 monarchiam cœpit annis 52. Semiramis 42.
 Žameis annis 28. Arius 30. Aralias 40. Xerxes
 Belerus 30. Armatrites 38. Belochus priscus 35.
 Baleus iunior 52. Altadas 32. Mamitus 30. Man-
 calcus 30. Spherus 20. Mamelus 30. Sparetus
 40. Ascatades 40. Amyntes 45. Belochus iu-
 nior 25. Bellepares 30. Lamprides 32. Sosares
 20. Lampares 30. Pannias 45. Sosarmus 19. My-
 treus 27. Tautanius 32. Teuteus 40. Tyneus
 30. Dercylus 40. Eupales 38. ¶ Laostenes 45.
 Pirithydias 30. Ofrateus 20. Ofraganeus 50. A-
 scrazapes 42. Tonosconcoleros 15. Hunc Græ-
 ci Sardanapalum vocant. huc vsque Berosus.
 ¶ Nos autem illum imitati nullo alio autho-
 re vñsi sumus quām publica Susiana bibliothé-
 ca: in qua annales Persarum ferunt fuisse Bel-
 lochum tertium Sardanapali clādestinum ho-
 stem, qui eius militiæ p̄fectorus erat. Is cum Ar-
 bace tum Medoruim principe partitus est mo-
 narchiam: ea lege vt Belochus Babyloniam, Ar-
 baces Medianam atq; Persas regeret. ¶ Itaq; in-
 terfecto & ex seipso flammis iniecto Sardana-
 palo, monarchia bipartita fuit apud Medos. in
 ea hi regnauerunt annis quatuor & trecentis.
 Arbaces 28. Mandanes 50. Sosarmon 30. Arti-
 carmin. 50. Arbianes 22. Arceus 40. Artines 32.
 Astybarus cum Apanda filio 20. Apanda so-
 lis 30. ¶ Hoc Cyrus & Darius deuicto regna-
 uerunt annis 36. Nam ante reuniam monar-
 chiam regnauerunt in Perside annis 6. Inde a-
 liis 6. Perlico regno resignato Cambysi filio sex
 annale bellum Tamyri reginæ Scytharū intu-
 lerunt. Anno 6. à Babyl. euocati, atq; Balt Asa-
 Merasthenes.

se interfecto reuniram monarchiam in Persas
transtulerunt. ¶ Totidem annis in bipartita
monarchia regnatum est apud Babylonios. Pri-
mus Phul Belochus annis 48. Phul Assar 25. Sal-
man Assar 27. Sennacherib 7. Assar Adon 10.
Merodach 52. Ben Merodach 21. Nabugdono-
sor primus 35. Nabugdonosor magnus 45. A-
milinus Eulmerodach 30. Filius huius primus
Reg. Assar tribus. Secundus Lab Assar Dach sex.
Tertius Balt Assar quinque. Balt Assare interfe-
cto regnauerunt simul Cyrus & Darius annis
duobus. ¶ Inde solus Cyrus 22. Filius Darij Pri-
scus Artaxerxes Assuerus annis 20. vltione in-
terea sumpta de factione Tashyrica que per do-
num patrum tradiderat Tamyræ. Huius duo
filij Cyrus Artabanes & Darius Longimanus
septem mensibus pro imperio dimicarunt: &
septimo mense Longimano victoria cessit: re-
gnauitq; annis 37. Eius filius Darius Nothos
annis 19. Magnus Artaxerxes Darius Mnemon
annis 55. Artaxerxes Ochus 26. Nostra æate Ar-
xes annis 4. Darius ultimus sex. ¶ Magnus Ale-
xander, qui transtulit imperium in Græcos, an-
nis duodecim. Seleucus Nicanor qui nunc agit
trigesimum annum, successit toti Asia ac Syriæ.

FINIS.

PHILONIS BREVIARIUM

de Temporibus. Lib. I.



B Adam usq; ad diluvium fluxe-
runt anni 1656. à diluvio ad A-
braham 292. ab Abraham ad Moy-
sem 435. à Moysè ad exitum de
Ægypto & inchoatum templum
lignum

lignum amissio. Ab eo ad inchoatum lapi-
 deum anno 4. regni Salomonis & executioni
 mandatum decreum Dauid de successoribus
 regni anni colliguntur 480. ¶ Siquidem orta
 lite inter filios Dauid quos ex Bersabea genuer-
 at: quis regno praecederet. Dauid edito statuit
 à iunioribus inchoari: & ut alteri succederet, v-
 bi posteritas naturalis deficeret. Itaq; à Salo-
 mone minimo cœptum est, & à Nathan illi na-
 tu proximiore filio dicto Ahiasar & Mathat, &
 posteris eius Ahiasarim atq; Mathatym, id est
 ut omnes diceretur & essent fratres principis,
 & donati tempore ad succedendum. Huic usq;
 ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan
 semper dicta est Ahiasarim. Nam quos occidit
 Ioram posteros Nathan, quos pater in tribu Iu-
 da præter decretum honorauerat filij Iosaphat
 fratres Ioram dicti sunt. Similiter infantes eo-
 rum quos Ioram liberos quidem, sed redditu &
 cuos in tribu Iuda reliquerat; d'cti sunt fratres
 & filij Ochozia: cum tamen Ochozias unicus
 solus, ex Ioram & Salomone superstes esset.
 Quo perempto omnem stirpem regiam Ahia-
 sarim Athalia conata est detere, nisi prouidetia
 Iosabet sororis Ochozie ex Ahiasarim saluatus
 fuisset, minimus ex Ahiasarim infans Elyh qui
 & Eliakim. Nam synonyma sunt Syris, & A-
 gyptis Elvh, Eliakin, Ioakin. Cognominatus
 autem infans Elyh fuit Iosas primus ex domo
 Dauid, & posteritate Nathan pro quo Mizpah
 à dextro & levo chorus decanus fuit qui à 70.
 senioribus septuagesimus quartus positus est:
 & sub Iordanis institutus ne disperderet Deus
 funditus domum Dauid ubi finierat proies

lomonis. Ab isto Ioas atq; deinceps in reme-
morationem reges semper binominij & trino-
mij fuerunt. Nam iste primus dictus est Elyh,
Ioas, Symeon. Item Her Manasses : Ezechias,
Iesus & eiuscmodi. Itaq; à quarto anno Salo-
monis usque ad finem posteritatis eius: & pri-
mum successorem Ahiasarim cognomine Ioas
supputantur anni 138. à Ioas vero usq; ad spon-
taneam transmigrationē Ioakin anni sunt 291.
connumeratis 10. annis, quib. regnauit Amon
(captiuo patre Her qui & Manasses) Porro, à
transmigratione ad desolationem anni sunt
vndecim.

¶ PHILONIS SECUNDVS

lib. incipit.

De Cyro.

De Assuero seu prisco

Artaxerxe.

De Dario Longimano.

De magno Artaxerxe

Assuero.

De Artaxerxe Ocho.

Et à desolatione ad carceres Ioakin, sunt an-
ni 20. & ab eius transmigratione 31. sex an-
nis sequentibus tunc editus Myzmor octoge-
simus septimus. In fine autem septimi anni E-
uilemerodac eductum Ioakin de carcere, in ho-
nore habuit: eumq; populus Heri cognomina-
uit, quod lucerna David, quæ timebatur extin-
cta, illuxerit: & Myzmor octogesimus octauus
editus est ad gratiarum actionem atq; conser-
uationem gentis & cœlestem missionem Mes-
siz. ¶ Mox liberato Heri, datus est à Deo filius
Meszebeel cognomento Salathiel, qui anno
decimo septimo ante solutionem captiuitatis
Barachiam, qui anno 17. soluta captiuitate, Dux
populi fuit: & ab eo ducatu dictus Zorobabel

anno

anno à transmigratione 81. & à desolatione 70. Präfuerunt autem populo duces ex domo Dauid & sacerdotes ex Leui seorsum vsq; ad tempora Asmonai. ¶ Et de his, septuaginta seniores sic in scriptis reliquerunt: *Iesus* filius Iose-dec magnus pontifex cum Barachia Zorobabele, filio Mesezebelis, filij Neri (ipse est Ioakin) anno primo Cyri venit Ierosolymam: qui secundo anno dum iacerent fundamenta prophetantibus Agai & Zacharia ob mortem *Datij Istapu* impeditum est opus nec adiri potuit Cyrus: qui bello Tamirico erat impeditus.

¶ Successit interfecto Cyro Assuerus: Priscus Artaxerxes qui bellum parabat contra Artaxar factionis Tamiricæ fautorem: qui & ad defectionem compulerat Assyrios Medosq; ac Persas: & Assuerus intra Babyloniam sese continebat; ad eum *Iesus* pōtifex: quia duces Syriæ contra Hebræos scripserant, se contulit relicto in pontificatu anno 12. Assueri filio suo Ioaki qui & Elib. Ergo quia eo anno erat Assuerus occupatus bello, non est auditus *Iesus*. Victor, cùm sequente anno missum à se Holofernem à ludis truncatum audisset: edicto publico vetuit templum erigi. ¶ Successerunt duo filii qui de imperio contendentes Dario Longimano, qui votum relaxandi edictum patris emiserat, septimò mense victoria cessit. ¶ Anno eius primo reuersus *Iesus* hortantibus iisdem propheticis ædificare templum annixus est. Gessit ergo *Iesus* pōtificatum primum usque ad 12. annum Assueri prisci annis 36. ¶ Ioakim filius in eius absentia annis 8. is & Iudith, gesta conscripsit & anniuersariam liberationis memoriam quo

tannis agendam instituit: Idem Iesus reuersus, prosecutus est pontificatum annis viginti vsq; ad vigesimum annum Longimanni, natus annos 130. Et successit Ioakim. ¶ Item secundò pontifex annis 48. vsque ad 12. annum magni Artaxerxis Assueri qui gesta Hester scripsit: & memoriam Phurim instituit: hortate illum per literas Mardocheo qui 18. annis etatē Isaac superauit. ¶ Tertius pontifex successit Eliasib annis 21. vsq; ad 33. magai Artaxerxis. Hic primus posuit Hierosolymis portā gregis. ¶ Quartus pontifex Ioadā gessit pōtificatum annis 24. ¶ Et totidem Ioathan vsque ad finem Ochi Artaxerxis. ¶ Ultimus sub Persis fuit sextus pontifex Iaddua annis 10.

¶ Princeps verò ex domo Nathan primus Symeon qui & Iosas. Rursus Leui qui & Amasias. Item Iesus qui & Ezechias: Her quoq; qui & Manasses. Hi ante captiuitatem. ¶ Porro in captiuitatis solutione Zorobabel primus prefuit annis 58. Refa Mysciollam 66. Ioanna Ben Refa 54. Iudas primus cognomine Hyrcanus 14. ab Alexandro verò ad Asmonaym pontifices vsq; ad Iudam. Onias priscus annis 27. Symon priscus 13. Eleazarus Antiochi Theou iaimicus 20. Manasses Seleuco Gallinicus amicus 27. Symon iustus honoratus à magno Antiocho 28. Onias huius filius à Seleuco spoliatus templo 39. Hunc sequitur Iudas Asmonai. ¶ Duces verò ex domo Dauid vsque ad dictum Iudam fuere Iosephus primus annis 7. Abner Semei vndeclim Elyh. Matathias 12. Asar Maath 9. Nagid Artaxat 10. Agai, Helly 2. Maslot. Naum 7. Amos, Scyrah 14. Matathias, Siloa 10. Iosephus

iunior Arses honoratus à Ptolomeo 60. Ianus secundus Hircanus præfuit annis 16.

GERHILONIS LIBER TERTIUS
de partibus temporum à Iuda Machabeo ad : yrannidem Herodiu.

Mox secuti Asimonai simul cum pontificatu etiam ducatum à domo Dauid subriuerunt vnde orta inimicitia & simultas ludas Asimonai correptis armis contra Antiochum illustrem. & filium eius Eupatorem: atq; Dethe trium præfuit annis quinque. Ionathas eius frater 19. Symon ab Antiocho Sidete immunitate donatus : præfuit annis 3. Ioannes Hyrcanus priscus ex Asimonai annis 26. Aristobolus uno: Janneus Alexander 27. Eius vxor Alexandra nouem. ultimus Hyrcanus 34. qui captus à Parthis relictavxore, ac filia : & eius fratre Aristobolo. ¶ Mox Herodes iubente senatu Romano inuitis Hebreis regnum tyrannicum iniit. sumpta sibi vxore filia Hyrcani capti à Parthis : & declarato filio eiusdē Hyrcani Aristobolo pontifice ut lūdatorū animos ad se inclinaret. Substulit autem ex filia Hyrcani sibi vxore filios duos. Sed cum anno 26. tyrannici regni sui Herodes reuersum sacerum Hyrcanum aduerteret amore prisco regis salutari ab Hebreis, illum sibi sacerum, socrumq; atq; filiam sibi vxorem, & duos ex ea suscepitos liberos, & Aristobolum interemit : biennioq; post, Hebreos multis calamitatibus affixit. Anno vero 30 principatus sui tyrannici Sanedrim ex domo Dauid delenit : & Annaleum quendam atq; Sanedrim ex proselytis suffecit, qui nimium in lege videbantur eruditii. Tum & Salome sororem suam &

Phile.

vitum eius de tribu Iuda: itemq; proprium filium quem ex vxore eiusdem tribus suscepserat, interfecit, quod diceretur iam in lege promissus Christus natus. Fessi tandem Hebrei vltro sibi ac eius posteris regnum obtulerunt, iurantes in fide ipsius: ac posteriorum sese permanseros. Regnauit hic primus Herodes Ascalonita tyrannico principatu annis 31 & legitimo sex.
Et filius eius Archelaus annis nouem. Herodes autem Tetrarcha annis 24. cuius vigesimo primo anno Legatus à nostris Iudeis ab Alexandria missus adolescens eram. Sequutus est hunc Agrippa priscus annis septem. Agrippa iunior annis 27. & Agrippinus qui & Agrippa vltimus annis 30. usque ad hunc vltimum annum ætatis meæ decrepitæ.

Explícit Breuiarium temporum Philonis eruditissimi historici Hebrei: qui asserit in historiis suis omnia tempora quadrasse ad veros annales quatuor monarchiarum: qui soli & emendatissimi habentur: quos soli vel maximè primi retulerunt ex Chaldaëis Berossus pro monarchia Assyriorum: & Metasthenes Persa historicus in annalium indiciis. Pari forma ait: ex Græcis eos solos se persequutum qui annales Græcorum sequuti sunt, septuaginta seniores interpretes usq; ad Ptolomeum & Asmonaim. Inde Romanos qui tempora sua diligentissime conseruauerunt.

DE ITAL. ANTE ROM. 45
XENOPHON DE AQUIVOCIS
Personarum; & qui Saturni, Ioues, Iu-
nones, Hercules, Cœlis, Rhea
& Vesta.

Saturni dicuntur familiarum nō-
biliū regum qui vrbes condide-
rūt senissimi. Primogeniti eorum
Ioues & Iunones: Hercules verò
nepotes eorum fortissimi. Patres
Saturnorum Cœli, vxores Rhea, & Cœlorum
vestæ. Quot ergo Saturni: tot Cœli, Vestæ, Rhea,
Iunones, Ioues, Hercules. Idem quoq; qui vnis
populis est Hercules: alteris est Iupiter. Nam
Ninus qui Chaldæis extitit Hercules, fuit Assy-
riis Iupiter: quibus oppidulum paternum Terra
polim & caput imperij statuit. Vnde ipsum Ni-
num: id est Iouem cognominauerunt: qui pro-
prio nomine Assyrius dicebatur: à quo Assyrii
dicti: & cognomine vrbs Ninus dicta.

P Horonei plures: sed in pretio habitu duo.
Antiquissimus claruit primo anno Nini. In
parte Hellenica: quæ post Græcia dicebatur. Ju-
nior secundus rex Argiorum filius Inachi. In-
ter quæm & priscum fuere decem ætates & am-
plius.

DE AQUIVOCIS TEMPORUM;
& quid aras & annus.

A Etas apud diuersos diuersa metitur spatia:
quia apud Ægyptios spatio triginta anno-
rum perficitur: & apud Græcos quartam cente-
narij partem: id est annos 25. continet. ¶ An-
nus etiam diuersus est. Etenim ipsi Ægyptij v-
tuntur anno quandoq; menstruo: sape bime-
sti: non raro trimestri: sape quattimestri: non
Xenoph.

nunquam solari: quæ varietas etiam ex nostris, qui ab eis literas habuerunt, sapientes coegerit aberrare. Iberis annus quattromestris ut plurimum est, ratiissime solaris. Contrà Chaldei cum in antiquitate disciplinarum suarum vrantur menstruo: In ceteris semper solarem se intelligere fatentur. Et hoc pacto semper quo Semiramis in columna Nino ita excidit. Mibi pater Jupiter Belus: aurus Saturnus Babylonicus: proaurus Chus: Saturnus Æthiops: Abarus: Saturnus Ægyptius: Atarus: Calus: Thanix: Ogyges: Ab Ozyge ad meum auum Sol orbem suum circumlustrauit semel ac triceties & centies. Ab anno ad patrem sexies & quinqueagesies. A patre ad me bis & sexagesies. Columnam templum, statuam Ioui Belo sacerdos & matris Rhea in hoc Olympo Semiramis dicaui.

D E Q U A T U O R A L I I S A E Q U I-
ni: hoc est Olympo, Homero, Nino, Ozyge, di-
luuio Thoroneo, Cadmo.

Olympus plura significat Nā omnis mons regionis altior, Olympus à Græcis dicitur. Vnde & plures Olympi dicti quasi toti lympidi. A Barbaris vero omne spatium circulare ultimum, lympus dictus est. & cum interiori aeras Olympus, à quo astrolabium olympus, & sacrum pomerium olympus est. ¶ Homeri plures fuere, quoruin qui exitius poetarum extitit, ultimus omnium postq; Thalem Milesium inuenitur. ¶ Nini plures fuere: Primus omnium Assyrius, quem ab ampliato oppido patris vocauerunt Ninuji, id est Iouem lingua Assyrica. Huius filius Zameis eriam Ninus paterno cognomine appellatus fuit. ¶ Ogyges plures fuere. Primus supradictus atarus Nini quem Babylonii

Bylonij Gallum cognominant, quod in inundatione etiam superstes alios eripuerit. & genuerit. Hinc Sagæ apud quos nauigio salutus est & ereptus ratem vocant Gallerim, quod vnde saluet. Verum græca lingua Gallus candidum & lacteum significat: Phryga, exsectum testibus: Latina, gallinæ maritum. Et Celtas (qui sunt Galathæ veteres) à rege Galathe filio Herculis (à quibus Galathæ in Asia & Gallogræci in Europa) Fuit autem priscus Ogyges in prima inundatione terrarum: Alter vero Atticus in tertia.

¶ Inundationes plures fuere. Prima nouimetrice inundatio terrarum sub prisco Ogyge, secunda Niliaca mensuaria sub Ægyptiis, Hercule ac Prometheo. Bimetrice autem sub Ogyge Attico in Achaia. Trimestris Thessalica sub Deucalione. Par Pharonica sub Protheo Ægyptio in raptu Helenæ. Ab inundatione terrarum ad ortum Deucalionis secundo anno Sphæri 107 supputantur anni, qui natus annos 82. Thessaliam (vbi primum in Hellina regnauit Phoroneus) vidit inundatam.

¶ Prothei fuerunt plures. Primus Saga in Caspiis. Alter Ægyptius, sub quo diluuium Pharonicum. Erat enim sacerdos Prothei magni Phœnicis, cui consensu totius orbis tēpla, statuę & arę dicatae sunt in Europa, Asia, & Ægypto.

¶ Cadmi fuere plures. Primus frater Phœnicis paulò post conditionem Troiæ, qui ambo apud Sidona regnauerunt. A Phœnicio quidem tēta regio nomen accepit quæ est à Sidone ad Iammineum portum, Ascalonis urbis Semiramidis vicinum monti tetrapolis atq; gymnasij ve-

Xenoph.

teris Phœnicum. cùm omnis antè Assyria diceretur. Paulò pòst fuit alius Cadmus Argiuus qui post exilium à Phœnicia reuersus in Bœotias Thebas condidit. Tertium qui in eadem urbe tyrannidem assumpserat, propulsauerunt Linus & Zetus. Quartus cum Sparthis bellum gessit. Quintus paulò ante ruinas Troic Armonia Samothraca inclytus : qui à prisca vxore ob Armoniam certamen passus rediens à Phœnicia detulit in Græciam primus sexdecim numero literas rudes non Phœnicas: sed Galatharum & Meonum persimiles characteribus. res duas retulerunt paulò pòst Palamides & Simo nides medicus. Fuit & ultimus qui scribere docuit oratione soluta, cùm ante literas aduectas atq; pòst vernaculo solùm carmine vterentur.

GENITHETUM ARCHILOCHI
de Temporibus.

NA S E A S Phœnix Damascenus lib. 97. historiarū, asserit ante Ninium ferme ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum : & quendam cui testimonium perhibet Moses antiquissimus historicus liberatum circa fluum Araxim ad montes Caspios: tumq; recenti cœlo & rudi, humano genere vixisse auream vitam, in qua (nullo ferente legem) natura ipsa viuebatur : quo usq; Ninus & Semiramis arma populis inferentes, primi vitam vitiare cœperunt humanā. ¶ Tradunt igitur Chaldæi uno & trigesimo atq; centesimo ab Ogyge anno regnasse apud se Saracenum auum Nini annis sex & quinquaginta: pri-
mumq;

numq; Babylonis fundamēta iecisse. ¶ Hunc secutum fuisse filium Belum Iouem. & rexisse Chaldeos & Assyrios annis duobus & sexaginta. ¶ Ninum vero duobus & quinquaginta. ¶ Semiramidē duobus & quadraginta. Ea Babyloniam magnitudine indicibili extruxit. ¶ Sup putantur igitur à Nino ad secundum annum Spheri, quo ortus est Deucalion, anni vñus & quinquaginta supra 400. septingenti verò à prima inundatione nouimestri, à qua ad Troiam colligit Minaseas annos non minus octo & vi-ginti supra octingentos.

¶ Regnatum vero fuit Troie sub regibus sex: sub Dardano quidem vno & triginta annis: sub Eruthonio quinque & septuaginta: sub Troe sexaginta: sub Ilo quinque & quinquaginta: sub Laomedonte sex & triginta: sub Priamo quadra-ginta.

¶ Secuti sunt anni quingenti à captiuitate Troiae vsq; ad 23. Olympiadem. in quibus flo-ruerunt Homeri octo. Horum primus in annali-bus Teuti regis Assyriorum traditur. qui vige-simus septimus à Nino extitit. Hic Homerus (vt ibi traditur) fuit Sinyrneus, & praefectus e-iusdem regis paulò ante descensum Heraclida-rum in Peloponесium anno 20. Demophonis regis Atheniensium quando Pyrrhus in tēplo Apollinis fuit ab Oreste interemptus. ¶ Hunc secutus est Homerus Chius, qui (vt Chiensium memoria tradidit) floruit arte medicinæ anno decimo nono Melanthis regis Atheniensium. ¶ Alius fuit Homerus patria Cumeus: qui (vt ipsi Cumēi perihent) enituit magica magis quam literatura anno 24. Codri regis Atheni-

50 HIST. ANTIQ. LIB. I.
ensium. ¶ Quartum ciuem suum prædiuitem
Salaminenses Cyprij efferrunt arte institoria in-
clytum anno 8. Agasti Atheniensis. ¶ Bien-
nio post emersit Homerus Colophonius quem
illorum annales migratione Ionica prædicant
effulsiſſe arte pictoria simul & sculptili. ¶ Sex-
tus fuit Atheniensis qui ut ipſi ſcribunt, illu-
ſtris reuocatione abolitarum legum & noua-
rum latione floruit ſub Archippo. ¶ Septimum
Argui habent musicæ atq; geometriæ disciplinæ
præceptis admirabilem: anno decimo ſeptimo Diogeneti Atheniensis. ¶ Ultimum hæc
Homerum ætas nota tenuit: qui Olympiade 23.
& à Troiæ excidio anno 50. patria Mœon Olym-
pico certamine victor. Iudicio totius Græciæ
eximius poetarum est habitus: & ei ſoli ius tri-
butum emendandi characteres & nomina &
linguam Græcam, quæ, ut ferūt, Cadmus Same-
trax ferè barbara & plena ruditatis attulit ſub-
excidium Trojanum: cum reuersus eſſet à fuga
quam inierat ob certamen quod illi priua uxor
intulerat, propter nuptias ſuperinductæ Armo-
niæ. Sunt ergo nunc characteres ab Homero for-
ma elegantiore. Nam primi barbariem quan-
dam vetustam & non Phœnicam ferebant, quia
nihil Phœnicum habent ut cernimus, ſed Galatharum & Mœonum figuræ retinent. Idem Ho-
merus reformauit, characteres & Grammaticæ
præcepta primus dedit: cum antea quisque ſer-
mone ſcriberei simul & loqueretur vernaculo.
Quæ profectò etiam Italia quæ & magna Græ-
cia ſuscepit. Hactenus de temporibus.

DE ITAL. ANTE ROM. 51
¶ MYSILUS HISTORICUS, DE
Origine Turhenorum & Italiae.

Taliam coluere Greci Archades,
Veneti, Lygures, Ardeades, Rutuli,
Siculi, Pelasgi, Iapiges, Laceda-
mones, Salentini, Pelij, Eniani, A-
chei, Oropitæ, Pilij, Pisi, & eiusce-
modi. Horum primus Enotius Archas, cum
Peuccino fratre colonias transportauit ubi ha-
bitabant tunc dicti Aufones, ubi nunc Enotria
regio est, è regione Peuccinorum; hæc fuit pri-
ma colonia ex Græcis. Paulominus quindecim
statibus ante ruinas Troiæ. ¶ Turhenis ori-
ginem quidem suspicuntur fuisse à Lydis. Ex-
istimant enim Atys regi Mæonię prognato Her-
culis & virginis Omphates filiæ Iardanę reginę
Mæonum fuisse geminos Lydum & Turhenū.
Cum regnum neq; duos caperet, & neque ter-
ra sterilitas ingentem multitudinem patere: ut
sorte Ato iacta Lydum successorem designauit.
Turhenum vero cum maiore parte populi ad
quærendas novas sedes foras abiisse iussit. Is in
septentrionalem Tiberis partem veniens eius-
que totam mediætatem à fontibus usq; ad lo-
cum ubi erat priscis Umbbris habitatio, tenuit
& cum eis confudit & cohabitauit & urbes di-
ctas hactenus Mæonias & Turhenias ædificauit.
Sed hi aperta mendacia fingunt. Nam de
gentis antiquitate & origine magis creditur;
ipsi genti, atque vicinis quam remotis, & exten-
nis. Magis igitur creditur ipsis Lydis & Tu-
rhenis atq; his vicinis Romanis, & qui conser-
vunt in eorum patria historia & origine quam
quibusuis aliis quamvis alias eruditissimis.

¶ Cæterum quæcunq; hi patrij historici dicunt, aduersantur supradictæ traditioni de Turrheno Meone. Etenim Xanthus Lydus in patria historia nullum Turrhenū Aty fuisse scribit, sed geminos Lydum & Torebum, à quibus Lydos & Torebos in Asia populos esse tradit. In nullo penitus differentes nisi quadam prolatione & quidē parua, ut Dores & Attici. Quis ergo ex Lydis historicis Turrhenum filium Atus, & fratrem Lydi misit in primam mediatem Tyberis, vbi antiquissimis Vmbbris fuit præsca habitatio. Quum etiamsi quid tradit de bello Pelasgico Xäthus, asserit Pelasgos antiquiores Aty, aggressos bello Tusciam, quæ quodam Vmbria dicta est, occupasse Crotонem. Inde Tyberinam regionem inuidentes etiam ipsam Turrhenam cœpisse, & cum Turrhenis cohabitasse & ab eis plurimam militarem peritiam didicisse, præcipue nauticam (qua tunc toti orbì erant admirabiles) de quibus fabulatur Græci quod in delfinos versi sunt, qui nauibus alludent, & his socij sunt. Re enim vera tunc Delphini ob piraticam simul & dominium maris dicebantur. Erant enim classe potentes & vndiq; colonias trāsportabant. Argumento sunt qui Turrheni dicuntur in insulis Atticis & faucrib. Thraciæ. Namq; Turrhena simul lingua & cum quibus habitant loquuntur, & eosdē deos ut Turrheni colunt, & eisdem literis vtuntur. Quare non possunt dici ab aliquo Atus filio, qui ante Atum Pelasgumque regem inueniuntur dicti Turrheni: & multarū coloniarum autores eodē nomine atq; ritu ante Atum præscriptarū. Hæc à Lydis didicimus. ¶ Nunc quid

de se Turheni dicant, est inferendum. Primum rident se ab aliquo aduena denominatos, qui se solos indigenas in Italia existimant atq; vetustissimi Dei sui (quem Ianum Vadymona vocant) filio Razenua nominat. Tetrapolin quoque suam Etrusiam eiusque partem Boltursem, Betuloniam, Tussam, & Harbanū cognomine Calumbum à Loco nuncupant: eamq; à suo Deo (aureo seculo mox post inundationem terrarum nedum ante Atum) conditam assertunt. Nam & ab inundatione ipsa suum agrum sua patria lingua vocant SaleVmbrone vbi primum geniti Vmbri. Producunt quoq; sux vetustatis vestigia multa: vt deos, ritus, mores, literas, leges. Quæ profectò omnia cōgruunt his quæ probatiores Græci historici tradunt. Scribunt enim solos Turhenos in Italia vetustissimos esse, qui neq; ab aliis pendent origine, neque ut cæteri conuenæ & aduenæ: sed propria regione se oriundos, quandoquidem vetustissimi differunt diis & moribus: nedum ab aliis Italiaz populis, sed etiam à vicinis Crotoniensibus & Perusiniis à fronte, & à proximis Phaliscis à tergo: quos inter medij iacent. Nam cunctis Thuscis dij dexq; sunt Iupiter & Iuno. Soli Turheni colunt Ianum & Vestam quos lingua sua vocant Ianis Vadymonna & Labith Horchiam. Ipsi quoq; Romani fatentur Etruscos esse vetustissimos & aureo seculo natos, à quibus aras, ritus, diuinationes, colonias & disciplinas habuit prisca Italia initio sumpto à prima ex eorum tetrapoli dicta Etruria, à qua illos Romani Etruscos cognominant. Non est igitur aduersariis vlla via, quæ probent eos Tur

Marsilius.

rhenos à filio Atus habere vel nomen vel originem, sed id nomen defūpsisse à Tursibus: quia ipsi Surses & Surseras sī sunt vrbes pontificiae, & Turses ac Turserassi. Quod si etiam ad hos venit Torebus filius Atus: vtiq; non ab eo aduenia nominati sunt Turtheni indigena, sed econtrario ab eis Torebus fuit cognominatus Turthenus à Græcis. Igitur etsi totam Italiam coluerint Græci (vt nostri tradunt) ex ipsis tum Lydis & Turhenis vicinisque Romanis falsa esse ostendimus, quæ contraria his de Turhenis multis, vt diximus, conscripserunt.

FRAGMENTA CATONIS.

 Ræci tam impudēti iactantia iam effunduntur, vt quoniam his dum nemo responderit: Ideo libere à se ortam Italiam & eādem spuriam simul & spurcam atque nouitiam nullo certo authore aut ratione, sed per solam insaniam fabulentur. Quamobrem nunc vt ceteris Latinis viam faciam, quæcunq; memoria prodita gentibus Italia sunt & nunc Romano imperio subditis, diis volentibus, scribere instituo. ¶ Italizæ splēdidissima origo fuit, tum tempore, tum origine gentis. Cœpit enim aureo seculo sub principibus diis Iano, Came- se, Saturno gēte Phœnica, & Saga, quæ post inundationē terrarū per orbē prima colonias misit.

¶ Et de mundi quidem origine authores non paria sentiunt. Nam Chaldæi sibi sempiternitatem persuadent. Phœnicibus verò ac Sagis magis placet origo. Inter utrosq; conuenit ante Ninum circiter annis 50. & ducentis quibus durauit

durauit aureum seculum, terras fuisse inundatas: & in Scythia Saga renatum mortale genus. Siue enim ab aeterno mundus esse astimes, & ingens principio cuncta terauerit & sensim in sua loca elementa conuenientia homines produxerint, siue ut fertur, ante aureum seculum terras subtutas inundatio possederit & e siccata humo apparuerint homines: equidein principatus originis semper Scythis tribuitur, a quibus auctis colonias per orbem missas ferunt. Et ex his venisse Ianum cum Dirim & Gallis progenitoribus Vmbrorum rateq; cum coloniis per Tiberim vectu, ad lxxuum Tiberis Etruriam tenuisse locum ubi colonias in continentem primum exposuit: & ipsum Deum simul Vaticum habitum dictuinq; fuisse. & regione Vaticana, id est Vagicanam dictam, quod ibi Janus quasi in cunis natu, primuq; vagientem Italiam exceperit. Inde cum coloniis a Vagicano progressum in tractu Vmbriæ fundasse regiam & fani Olympu fossamq; sacrasse, & augustalem Turthena non longe a regia dicasse, ubi ad salutandum regem 12. Colonię nonis lunaribus conuinentent. Inde duodenis coloniis fasces ad conti nendos rudes scribut singulo pretoriano licto ri 24. armatis ingenuis distributis. Eas posuit Colonias ad ripas quidem Tiberinas Ianiculū & Ari-Ianum: ad ripas Arni totidem phesulas, & itidem Ari-Ianum. ¶ Ad litus Etruscum quatuor, Pheregellę, Volcen, Volaterra, Cariara, que & Lacinę Luna. ¶ In mediterraneis quatuor, Ogygianū, Aretium, Rosellas, Volsinium. Pau lo post dextrum Tiberis latus regulis suis permisit Camesi(a quo Camesenx duę) & Saturno

(à quo Saturnia olim quod nūc Capitolium, & ab ea latè Saturnia terra). Hæc prima fuit aurea illa ætate, & quidem angustissima origo Italizæ.

¶ Italia compluria à diis & ducibus sortita fuit nomina: à Ianò quidē Ianicula quem quidam Enotrium dictum existimant quia inuenit vinum & far. Canesena, à Camele: & à Saturno. Saturnia: Saleombtona quoq; à gentilibus. Durauit Saturnia nomen totidem ferme annis quot antè aurea ætas, vsq; ad Apim deorum Italiæ ultimum (vt Antiochus Siracusanus scribit) à quo Apenina (quam Taurinam idem interpretatur) et si Græci de more quidam à boibus Herculis, vel quos opimos gignit Italia (vt ait Hellanicus) aut à Vitulo egresso (vt Herodotus) vel quidam Græci boues vocant Italos (vt fabulatur Timeus) dictam existiment. Inde à duobus fratribus, altero Hesperia, altero Italia postremum nomen retinuit. His nominibus principio nuncupata fuit Italia circa Tiberim: vt qui inter omnes Italizæ amnes in omnium deorum & principum tutela esset atque imperij totius ex his communis sedes à quo in principio & origine ipsa Italiæ Albula nomen à Ianigenis habuit.

¶ Diuiditur autem in Apéninos montes: & Cisapéninam, & Transapéninam Italiam ¶ Alpes omnes Italizæ colonias fuisse Tuscorum incolæ asserunt: si ab ipsis vel ducibus vel capitibus originum nomina gentibus & locis indita vt Rhetij à Rheto rege Lydorum, & Veroneses à Vera colonia Thusca: Comenses à Fani regiis Volturrenis: à quibus vallis Volturrena, & Osci à quibus Oscela. Histria quoq; à duce missio

missò à Iano nomen retinet. At Græcorū quidā scribunt dictum ab Istro amne cognomine Danubio: cui Danæ gentes accolæ nomen impreſſere, fabulanturq; ramum ex eo in Histriam effluere: inq; Hadriaticum mergi: singunt alij Argonauim in Histriam primum ab Istro è montibus humeris rectam: & in Hadriaticum demissam: videlicet tanta est in metiendo Græcorum vanitas simul & leuitas: ut ab Histri ostiis ad eius fontes immensa gentium spatia transuolarint: & amnes etiam obstantes tranarint: & humeris ea conuecta cōnauigarint: ut etiam in Italia mentiendi sibi loca inueniant. Nescio Argonauine Græci aquas an Argo nauis humeris montes nauigarit. ¶ Venetia est omnis ora circū sinum maris post Histriam vsq; ostia Padi. Quibusdam placet à Tylauento illos exorditi. Nam Taurisanos, Persæ gentem ab Apide conditam asserunt. Venetis cunctis prima origo Phætonthea est: quæ Græcis occasionem mentiendi de Phætonte, & Eridano præbuit. Posterioris mixta his nobilis stirps Troiana, à quibus Patauium suo conditore inclytum. ¶ Omnia sub Alpibus Transpadana loca prisci conuenæ Thusci missis coloniis tenuere: ab hisq; multæ loca nomina retinent. Plura deleuerunt Galli, qui primi Arunte Clusino duce Alpes transcederunt: & sensim ab omni Gallia Cisalpina Etruriā pepulere, ab hisq; nomen sortita retinet Gallia Cisalpina, in qua in Mantua, suo conditore Ocno Bianoro & Tuscorum rege illustris. Penetrauere transalpes Boi, Senones, Insubres, & alij Galli transalpinæ gentis. Gallia Cispadana olim Bianora à victore Octo-

postea Felsina dicta usq; Rauennam, nunc Gallia Autelia & Æmilia à Romanis ducibus nomen habet. Princeps metropolis Felsina primū à rege Tusco conditore, inde à successore Bono Tuscaniensi Bononia dicta. Spiretū Padi ostium à Pelasgis conditoribus Spira dictum & à Diomedē instauratum. Nouaria ante ab Herculis Ægyptij nomine Libya & à cognomine Aria Ægyptio vocabulo Leonina, sed à Lyguribus instaurata Nouaria dicta est. Olanum ante ab Thuscorum duce qui cum Oropiis coloniis ibi primus insedit, quorum origo incetta, vti Comi, Bergomi, Lycinofori: & aliquot circa populorum. Inde ab Insubrium principe nomine Medo ad aucta, Mediolanum nomen feruat. Padus ante à duce coloniarum Eridanus, sed à profunditate Botigon ab Etruscis, & Botigum à Liguribus, & à circa arbore Picea Gallicè Padus nuncupatur. Post Padi ostia Rauenna, Sabina stirps. Interiit Saga oppidum Etruscorum vti & Atria à quo mare Atraticum, quod nunc Hadriaticum. Gallia Flaminia à Rauenna ad Ariminum à comitibus Herculis conditum, à quo cognominatur Ab eo ad Anconam Senegalitia à Senonibus dicta, pulsis Etruscis nunc Gallia Togata.

GALIUD FRAGMENTUM.

Ancona priùs Picena vocabulo Etrusco simul & Aboriginum dicta. Galliam togatam primi coluere Liburni Siculi, quos pepulese Umbri. Hos Etrusci trecentis & amplius eorum validissimis oppidis iusti more belli expugnatis; eos tandem vicere Galli. Piceni lingua Etrusca genus sacrum dicitur, orti à Sabinis. à Picenis

Picenis ad Garganum mótem aliis & aliis tem
poribus diuersæ gétes tenuere. Marsia duce Ly-
dorum, in quibus A sculum ¶ Precuij in qui-
bus Hadria siue Atria. Vestini in quibus Ami-
terni, Martucini, & Peligni in quibus Curseltū,
Orton, & Sulmo, Frentani primum à Lyburnis
& Dalmatibus. Inde his pullis à Thuscis orti
quorum lingua Latinum Metropolim vocau-
runt, id est nobilem Principem. Laronem enim
Etrusci & Larunnem & Arunnam vocant no-
bilem Principem. Inde in Trāspadana Larium
lacum, & in Tuscia Larones amnes & Arunes
colonizæ, & viri Arunes quos Tusci secunda de-
clinatione, Romani & Græci (sicut Atlas) tertia
declinant & proferunt Aruntes. A Gargano ad
Brūdusium coluere Celij, vnde Apuli Daunum,
Apuli Boi in quibus Arpe, Canusium, Baratiū.
Sub his Apeninus ex transuerso diuidit in duo
fines Italæ quos inter Tarentinus sinus iacet,
Circumq; ipsum vndique è magna Græcia. Ad
Orientem verò magnæ Græciæ pars est Ceno-
tria Archadum, & Calabri prius Ausones, ad
quos Græca verbositas fert venisse. primæ Græ-
corum classem annis ferme quadringentis an-
te ruinas Troiæ: cum Enotriū ducem Archadum
post Troiam conditam ad nauigasse in Ca-
labriam tradat Antiochus Syracusanus: & circa
Oram maritimam posuisse colonias. Et vt par-
cius mentiantur Græci. ab eo quondam dictam
Italiā Enotriam scribunt: cum ab initio Ita-
liæ, à vetustissimo rege Sabinorum & Etrusco-
rum, penes quem erat imperium, id nomen for-
tita fuerit. ¶ A Leucopetra ad Sarnum amnem
vicinum Neapoli tenuere diuersi populi Vm-
fato.

bri, Itali, Samnites, Siculi, Peuccini, Picentini & Etrusci: quorum vrbes sunt Clusium, Pestum, Elea, nunc Velia. Inter amnem Voltturnum, & montes Apenini, Sabelli sunt: proles Sabinorum, ut nomen est argumento: à Latinis Samnites: à Græcis, Saunites appellati. ¶ A Tiberi ad Sarnum incoluere primi Aborigines proles Vmbrorum. Princeps his vrbs vetustissima, Camesenà Camese condita: non procul vbi postea Alba. Thusci his admisti. Osci qui nunc Capuani: Volsci: quos vocamus Volscos: quibus metropolis fuit Ansut, nunc Taracina, Stabia, Anitini, Hortenses, Longhani, Oscori, Mamerani: Nuetini: latinè Grauiscæ, Picenti, Sorani, Pherentinates, Phregenates, Sangnini, Thusculani, Certinenses, Vrsentini, Volcentani.

¶ Rhoma, principio sui, pascua bobus erat. Circa Tiberim septem rupes sibi perpetuæ in Erniddo succedentes, cauis paruis distinctæ erant: sub quibus (alueum Tiberis quandoque egressus) paludes in planiciæ rupibus subsidentem inferebat. Saturnus primus incoluit Capitolium: Italus, Auentinum: Rhoma, Palantium: Celius cum Thuscis, Celium & Viminalem: Rhomulus, cum Palatio (in quo quadratam Romam condidit) etiam Exquilinum tenuit, ab excubiis dictum: quas illi Lucumo dedit more Thusco duodecim lictorum, id est trecentorum armatorum ad custodiam corporis simul & dignitatem: quia Tacius non erat sine suspicione in fide societatis.

GALIUD FRAGMENTUM.

Etruria olim Italiz Princeps ab eorum metropoli regia sic cognominata, à Tiberi in Macram

Macram diffunditur. Gens prima illorum maritima Lygurum dicta à filio Phætontis Lygure: quem montani Lygures Pheriton nuncupant. Post Tiberina ostia Phæregenæ primum Etruriæ oppidum in vicino litore dictum à Genio Iano: qui primus ibi colonias posuit: & à Phæritone: id est Phætonte: qui colonias adiecit: ut in Lyuria montana vbi à Genij coloniis, Genua oppidum, & ab adiectis Pheritianis (id est coloniis) amni proximo & regioni Pheritianæ nomen reliquit. Primus omnium Græcorum Phæton ex Attica soluēs cum Lygure filio, multis æratibus & seculis ante Enotrium Archaden colonias adiecit Italico litori. ab ostiis Tiberinis usque ad Niceam Massiliensem: & in medio portum Ligurnum à filio nuncupans ultra citroq; litus omne, Lyguriā dixit. Verū Etrusci, & eos secuti Romani ab ostiis Tiberinis Etruscum vocauerunt usque ad caput Etruriæ. Inde Populonicum ab urbe metropoli Popium: Romanè Puppium. Postremo à Ligurno portu ad Macræ (ad cuius fontes est Apua oppidum) Apuanos Ligures vocant: montanos vero, omnes Ligures qui à Macra in Niceam effunduntur. In montanis Liguribus sunt portus Herculis Ægyptij: nam Lybarnum in his est, à nomine simul & cognomine illius. Græci vbiunque nomen Herculis audiunt, putat esse suum, à nomine sumentes argumentum: cum tamen ille neq; nomine Lybius (à quo deuicti Lybi) sed Alceus dictus sit: neq; dictio Hercules sit Græca sed Ægyptia. Nam illi Heraclio (id est Junonis gloria) cognomen fuit.

Gens prima Etruriæ maritima est. Oppida
Caro. *

in his Pheregenz, Alsum, Agilla (qua & Cere) à Pelasgis conditum. Pyrgus, Grauiscæ ab acre dictum: Cosæ, Volscæ, Thelamon: ab Argonautarum principe (cum in Etruriam ad Lucumones profectus Hercules Alceus lacum Cyminium effecit: & puella Faula subrepta ex Fano ad Euandrum perrexit). Vmbro fluuius, limes tractus Vimbrorum: Caput Etruriæ limes Etruscorum, Phaliscæ: Populonium, nauium & classis Etruscorum olim princeps. Volaterræ & vada eius Pisa, condita à Pilis Alpheis pelasgis. Luca illustris Lukio Lucumone rege Tuscorū. Lucas & montes Feronianī. Luna Cariara ab Etruscis dicta, à Græcis Selene. Apua in transiitu Apenini ad fontes acræ: vnde Apuani Ligures, ab Arno ad Macram.

¶ A Tiberi ad Cyminia iuga secunda, genus Thusciæ est cognomine à Thuscis Lartheniana: id est metropolis Eniana. Larthem enim summum regum vocat, Enianum verò vrbs in ea ab Enetanis Pelasgis condita: quam Vei Etruscij, pulsis Pelasgis ampliatam à principatu prouinciæ simul & conditoribus priscis Larthenianū: Romani vero, à genere populi, Veiens vocauerunt. Oppida in his sunt Sabum (in Sabatia à Sabo conditum) Larthenianum (cognomine Veiens) Nepe, Fallaris, Soracte, Phaliscorum mōs. Apollini sacer, Paliscanum: Phescennium, Vmbricum à priscis Virbris dictum, Flauianū, Arcennium, Mesium (à quo sylva Mesia) Rosulum, Ara Muçiz, Sutrium (a Pelasgia conditum ab insigni grano dictum), Romana societate in elyium) Capina (à qua Capinates.) Lacus Cyminus. & Teorū Phaliscorum, finitimiū Etruscis.

¶ Gens.

¶ Gens tertia Thusciæ Transcyminia; à Cyminiis diffunditur ad Pistorium. In his Volturrena sub radicibus Cyminiis iacens cognomine Etruria : à qua tres gentes Etrutia appellantur. Etrusci ut à communi metropoli: & ager Etruscus, antea Vmbronius dictus, ubi Umbri orti. In eo agro Feretia, Trossolum, Meonia, Meonum, Turrhena, Volturna sub Volturrena, Arates veteres cognomine Camillarij, Lōgius Bleste Olena, Tusla, Nana, Larthes oppidum : Sale Vmbrona, Corr. Nossia: Cort-Enebra mons Cossiti, in iugis Cyminiis. E regione mons Phiseon quæ & arx Iti, Volsinæ, Pclij, Oropite, Sentinæ, Clusium vetus à pugna: sed à duce Cormersol, montes Tumniates, Sora, Soana. Non procul Saturnia lapides à Ioue compluti in auxilium Herculis contra Lygures Etruscos gigantes, à filio dicti Larones. Amnis Pelia, mōs Pelius, mons Tunania, Rosellæ, Umbro in monte, Sena Colonia, Phocenses. Pistorium, Umbro amnis, Stellates, Fluventini, qui & Arnienses Clusium nouum (vnde Clusentinus transitus Hanibal) Aretium, Crotana, à Crotone socio Herculis condita.

¶ Apenninus mons. Italiam in duo secat. Radices sub Penino transitu Hanibal. In alpibus à Nicea ad ipsum ferme Peninum in latitudinem extenduntur: & usq; ad Macram Ligures montani incolunt: à Macra item ad fontes Tiberis ad inferum mare Thusci: ad superum, Galli Aureliani, & Æmiliani. ¶ A fontibus rursus Tiberis ad Narem Umbri inhabitant. Princípio Thyfernum. & in fine Ameria, Tuder sunt. Galli omnem Umbriam pulsis Etruscis occi-
Gara.

pauerunt exceptis Typherno, Elisio, Hyssello, Fulgineo, & vetusta Veiorum prole, quam Veilubram, id est Veiam prolē, anticam Vmbram dicunt, in quibus principes sunt, Sroleum, Tuder, Meuania, & Ameria ferme nongentis annis, & amplius restituta ante Persæ bellum à Veis Etruscis antea condita duce Ameroe Atlatis Itali ex Pleyona vxore filia. ¶ A Nare porrò amne vsq; ad Equiculos tenent Sabini, à Sabo conditi Sabatō, Sangni gentili edito. Inde ad fontes Sarni amnis Sabelli Sabinorum proles incolūt. Sangni, gentilem Sabi pronunciant Sabini: Sāctum, Romani: Sagam, Barbari, à quo & Sagi primi Thusci, id est pontifices, & sacri expiatores. Ex quo patet leuitas cum loquacitate Græcanica qui à Lacedæmoniis ortos scribūt Sabinos, & Græca origine à Seuome dictos fingunt. Sed Roma tum rudit erat cùm relictis literis & disciplinis Etruscis mirabunda Græcis fabulis rerum & disciplinarum erroribus ligatur, quas ipsi Etrusci semper horruerunt; neq; ob id Latinas quidem voluerunt suscipere vsq; ad Cecynniam Volturrenum magistrū quadrigarum, & augurum principem, patrem Menippi, & auum Menodori, quos ante illum pater eius Voltrenus, auusq; Titus, & proauus Turthenus semper Romanis principibus carissimi renuerunt, cum ad eas recipiendas vrgerentur. Nam ipse Turhenus (paire Elbio Voltrenno & regum Etruscorum vltimo ad lacum Vadymonis cæso) equidem ad reddendam urbem Etruriam (anno secundo Olympiadis 124.) allici potuit: sed ad recipiendas literas Latinas, nunquam persuaderi potuit.

¶ Palatinum collem Rhoma Itali filia: sed prius Palatini Aborigines tenuerūt, qui ex agro Reatino ad pascua ouibus querēda illō profecti sunt. Argumento est Vellia altera Palatini pars à vellenda lana, ante his monstratam Etruscā tonsuram appellata.

¶ Capitolium dictū à capite inuenito fluente sanguine, dum Iouini templi fundamenta iaceret princeps Tarquimus. Nā antea Tarpeius, à Tarpeia ibi scutis Sabinorū obruta: sed prius Saturnus vocabatur. Sub eo Ianus quadrifrōs: Quirinus à victoria Lucumonia à Quirino colle mouentis: Quirinalis, à Iunone Sabinorum Dea, quam illi Curitim, id est, hastatam Iunonem vocat: etenim hastam Curim & Curinam proferunt, quia his simul & Hetruscis, non est littera, Q. sicut Romanis, inde Quirites.

SEMPRONIUS, DE DIVISIO- ne & Chorographia Italiae.

Niuersa Italia à iugis Alpium oritur & in Leucopetram fretumque Siculum terminatur: Cingitur supero & infero mari & secatur Apennino, qui à Iugis Alpium ortus per medium Italiam à Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim usq; Venusiam reflexus, ibi ex transuerso diuidit Italiam. Ex altera parte, Brundusium: altera, Veliam attinens circum sinum Tarentinum, quo Ausones primū, inde Aborigines; Græci post Oenotriū Arcadem tenuere, à quibus magna Græcia nuncupatur, in qua sunt Oenotrij, Calabres, Sagentini, magna Græcia atque Brutij. ¶ Forrò Sempronius

antiquitus Italia in medium Apenninum & in Apenninum ad inferum mare, & in Trans-Apenninum ad superum pelagus & in Alpes à Netiis ad Ligures diuidebatur.

DIVISIO ALTIUM.

Alpes ipsi tribus partitionibus secatur. Prima Ligurum, quod ab eis oriatur, à Nycza ad Poeninum: sequens ab eo ad Ocam monte Poeninus dictus à transitu Hannibal. Tertia Taurisana usq; in Histriam. Omnibus Alpinis (exceptis Liguribus) notissima origo Etrusca est, præcipue Rhetiis.

DE APENNINO.

Apenninus dividitur in Ligures montanos, Apuanos, Umbros, Sabinos, Sabellos, Etruscos. Ligures dicti sunt à Ligure Phrontis filio: qui omnium primus multis seculis ante Græcos ex Attica colonias in Italiam transportauit: adiecitq; atq; miscuit antiquissimis Italiz populis ab Ostiis Tiberinis usque Niceam. Hinc veteres omnem maritimam dixerunt Liguriā. Itaq; pars Apennini à Nicea ad fontes Macræ, Ligures montanos alit, quibus origo est à Genio & Ligure. A fontibus vero Macræ ad fontes Tiberis Apenninum, colunt Ligures Apuani, Etruscis orti, cognomine veteribus Gallis, ut M. Antonius prodit. Portionem vero Apennini à fontibus Tiberis ad Nar inhabitant Umbri: prima veterum Gallorum proles ut Augustus scribit. Ab amne vero Nare usque ad fontes Silaris: montes tenent Sabini quib. Saga est origo: Nam Sangni gentilis Sabi fuit. Hi paulò ante ruinas Troæ, disciplinas Etruscas didicere, & ius diuinum & humananum à Megale

Megale Turtheno perceperunt. Rursum à fontibus Silaris ad fontes Volturheni & Sarni Sabelli (proles Sabinorum) incolunt: quos Romanii Samnites, Græci verò Saunites vocant. Portionem verò Apennini, à fontibus Sarni usq; ad magnam Græciam, Thusci tenuerunt: & residuā Græci. Hactenus de diuisione Apennini & Alpium & origine habitantium in eo.

DE DIVISIONE PLATEA Italiae.

ne Italiae.

Cisapenninam Italiam flumina diuidunt & ibidem Transapenninam Padus amnis Galliam Cisalpinam primò discreuit. Cispadanam omnem, missis coloniis, tenuere Thusci. Doria (Thuscorū prima familia) incoluit principio ab Asca colonia usq; Parmam à qua fluvius Doria & regio prius Doria, nunc Æmilia. A Parma item ad Bononiam Bianora, à duce: nunc, Aurelia Flaminia. Item à Bononia ad Rubiconem amnem antea Felsina à principe Etruriz. Missis coloniis Lamonibus à Rubicone ad Anconam, Senonum Gallia togata dicitur: ab his qui duce Arunte primi in Italiam transcederunt alpes: à quibus sensim pulsi Etrusci à Cispadana & Transpadana regione q̄ nūc Gallia nomen habet. Et quidem omnem Transpadanam regionem Thuscorū prolein suisse inter omnes authores conuenit, manentq; vestigia: v̄rbs Mantua Lacus Etrusca origine dicitur Larius, quod a patribus Voltucenis omni a caloca principio posseisa fuerunt usq; Verona. hinc circa Larium lacum à principibus dicta vallis Volturhenae: & Verona à vera Thuscorū familia & ab Atria ceterum totoria, huius

Veronę argumenta seruanti. Nam usq; Arianū fluuium, qui limes est Volturhenorum & Venetiarum, tenuere Etrusci: & Venetias principio quidem Phetontei, postea Troiani eisdem misti coluerūt. Hęc de Transapennina Italia & Apennino monte inter authores conueniunt.

DE CIS APENNINA

Italia.

C Isapennina verò ad inferum mare veteres ita partiti sunt per amnes. A Nicea enim ad Macram tenent Ligures montani origine Phetontei. A Macra item ad Arnum & portum Ligurnum incolunt Etrusci cognomine Ligures Apuani: quos sequuntur Ligures Etrusci: Populonij à Ligurno portu ad caput Etruriz à quo ad Tiberim sunt Etrusci, Ligures, Turheni. In quibus sunt campi compluti lapidū, clari pugna Herculis, adhuc Lamones dicti ab ipsius Herculis filio Lamone. Pariforma ab ultima Italia in Tiberim Romamq; percurrendo à Velia ad Silarum fluuium Lucani à Samnitum duce Lucio orti tenent. Ab eo ad Sarnū amnem Picentini habēt. A Sarno verò ad Voltumnū fluuium incoluerunt Cumani, quos ab agro nullis viribus Etrusci quamvis toti Italiz imperitarent, potuerunt dimouere, aut in potestatem redigere. A Volturno amne ad Silarim Etruscorum vetustissimus ager fuit in quo prius Oscam dictā, postea Capuani cōdiderunt.

¶ A Lyri autem usq; Tiberim *Saturnus* cum priscis Aboriginibus (fuit origo ab Vmbris & Camefenis editis) ubi est mons Capitolinus auro seculo à Saturno habitatus, ubi & nunc auria Rhoma terrarū caput. Quam obrem parū confide.

consideratē quidam scribunt Rhomam postremis ac nouis sacerulis à Rhomulo conditā & appellatam, atq; cœptam cū nullum ex his tribus verum apud maiores inueniatur memoratum, sed sint ab eis cōtraria prodita. Non enim Rhoma à Rhomulo nomē habet, quippe quia geminis nō Reimus & Rhomulus nomina possuit Faustulus Etruscus & regius pastor, sed Rumulum & Rumum. Illos ab euentu appellauit, quæ sunt nomina Etrusca, alioqui Rhomæ nomen & nominis origo vulgata esset, atq; manifesta, quæ occulta esse saluberrima religio sanxit, ne si origo nominis Rhomæ claresceret, eius deus, in cuius tutela Rhoma est & à quo deriuatiōne habet, gentibus pateret, & euocaretur ut ceteri. Quamobrem & Angerona silentijdea ante Iani festos dies colitur præ foribus ut ne cui liceat illud palam efferre quod ad salutem Republicæ veteres ore obsignato intra pectoris arcana voluerunt contineri, cuius violatæ religionis poenas primus luit Soranus. Non igitur à Rhomulo Rhoma, sed econtrario ab ipsa potius Rhoma, cuius adeo est occulta deriuatio, Rhomulus nomen habuit: quæ ante ipsum Rhomulum cœpta legitur coli annis paulominius viii. c. ab Italo in Auentina Capena & filia eius Rhoma in Palatino colle & ante hos plusquam ccc. annis aureo seculo à Saturno ubi nunc Saturni ædes ad radices capitolini collis. ¶ At Rhomulus solū ex oppidulo Rhoma in Palatino colle quadratam & regiam reddidit, cuius quatuor portiones erant: Rhoma, Vellia, Germallia, ubi ficus ruminalis & ædes Rhumuli à dei occulta deriuatiōne: postmodū Rhomuli.

condidit autem eam accitis amicis vatibus Etruscis, qui fossa vbi caput Eriti tauri est, pomerioq; ad prudentis vatis auspicium sacratis circum Palatinū collem sacro aratro cingi iussit. Undecimo Kalend. Maias, hora inter secundam & tertiam, Sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio, in Scorpione, Ioue in piscibus: ut tradit Lueius Tarrutius mathematicorū peritissimus. Sunt qui tradant illā conditam 12. Olympiade: placet aliis octaua: septima quibusdam: sexta completa, nonnullis. Praeualeat omnibus his Eratosthenis inuicta regula (ut aiunt.) Sed cū Pomponius Atticus coram senatu atq; doctissimis viris cōficeret Græcorum certissima tempora, compertū est quod ab Ænea & Troia excisa per tempora regū Latinorum usq; ad Rhomulum regem iam creatū fluxerunt anni circiter 430. Quare haud dubie cōdita est Rhoma Olympiade septima: aut eius anno secundo. ¶ Condīta autem fuit primum in mōre Palatino. Inde Sabini & Tuscis in fœderā cōuenientibus incoluerunt Sabini quidē Capitoliū & Quirinalem (in quo Numa postea habitauit.) Rhomulus & Rumenses, Esquilinum: Palatinū, & Cœlium, Tusci: Luceres, Viminalem, & subsidente conuallem usq; ad ædē Saturni & radices Capitolij. Rumo fratri, Aueninus & tate Rhomuli mansit. ¶ Hæ sunt veritas priscæ Italæ quām vrbis Rhomæ antiquitates & origines: quibus quoniam plures Græci postremis temporibus in Italiā cōmigrantes committi fuerunt, ob id à se principio emanasse Italiā Græcia falsò existimauit græca tum leuitas tum fabulositas. Quis enim ex antiquissimis non scribit à Iano Ianiculum, & Etruscos

veteres Gallos conditos. Et tamen plures Gręcorū tradunt à Turhenō Lydo (qui fuit nuper, & heri) positos. Quin etiam & Turhenā Thuscōrum regiam nō puduit eos Rhomam assere-re, tanta videlicet impudentia cum eorum iāctantia est, ut omnium gētium & imperiorum atque urbium præclarissimarum se conditores esse apertis s̄æpe mendaciis conscribant.

L. F A B I U S P I C T O R D E A V R E O
seculo, & origine urbi Romae, ac vocabulo eius.

ITALIUM imperium penes duos popu-
los principes extitit. Posteriorius, Rho-
mani: principio, Thusci sub Ianō
cœperunt in aureo seculo. Aurea æ-
tas primo ortu generis humani fuit,
sic dicta quod posterioribus seculis comparata:
et que atque aurum inter metalla effluxit. Eam
coepisse sub Ogyge ante Ninū aënis circiter 250.
Xenophon atq; maiores prodiderunt. Is Janus
sub initium aurei seculi lænum latus Tiberis
in Etruria tenuit. **C A M E S E S** verò ac **S A-**
T V R N V S circa sinem eiusdem ætatis dextrū
incoluerūt: ea ætate nulla erat monarchia, quia
mortali bus pectoribus nondum haſerat vlla
regnandi cupiditas. Principes quia iusti erāt &
religionibus dediti, iure habiti dij & dicti. Non
enim arbitria illorū ab equo, vel populus à iure
innato discedebat. Nullo tūc vindice aut metu
sed sua sponte retinebant fidem & rectum. Pu-
dor ipse regebat populos: & ius principes. Do-
minus illis non extructæ vel ornatæ luxuriæq; in-
signes erant & splendidæ, sed vel cryptæ aut vi-
minum tuguria, & caua arborum ligna erant.

Viētum sponte nascentia præbebāt: aut in diē
 viētus querebatur venatu. Vinum & far primus
 illis docuit I A N V S ad sacrificia & religionē
 magis quam ad esum & potum. Primus enim
 aras & pomeria & sacra docuit: & ob id illi in
 omni sacrificio perpetua præfatio p̄mittitur,
 farq; illi ac vinum primò prælibatur. Vxor illi
 fuit V E S T A, quę prima sacerdotum regina sem
 piternum sacrificiorum ignem virginibus cre-
 didit. Bella tunc non ignota modō, sed ne co-
 gitata in mentem venerant. Ad pudorem &
 sanctimoniam domorum primus valuas, seras,
 & claves excogitauit: & inuenit: & ab eo di-
 cēt Januz. Olympo regio Etruriz fanoq; sacra-
 to duodenis coloniis totidem pomeria, arasq;
 sacrauit: & ad continentum recentes tum co-
 lonias in officio aureo, virgas, facesq; singulis
 singulas dedit. Vnde ipse in manu virgā & cla-
 uem, subq; pedibus bis senas aras habet. Circa
 finem aurei seculi primus omnium Ninus rex
 Assyriorum hos aureos mores noua regnandi
 cupiditate mutauit: & primus limites trans-
 gressus bella finitimis mouit: & totius Asiz
 populos perdomuit sub quo C A M E S E S
 p̄fectus fuit Aboriginibus. Et paulò p̄st fre-
 mentibus vndique contra se armis toto priùs
 pererrato orbe S A T V R N V S ad Ianum se
 contulit. Eum comi hospitio Janus receptum
 Latio & Aboriginibus præfecit. Et more quan-
 uis tunc finientis aurei seculi intra fines suos
 sese quisq; cōtinuit, Janus in Etruria: Saturnus
 in Latio, Tiberimque fines Imperij esse insti-
 tuit: intra enim suam cuiq; patriam tunc de
 more regnum finiebatur. Limes igitur erat in-
 ter

ter eos Tiberis : aræ vero limitum erant, Janiculum & Saturnia Capitolina. Etruriam à Ianiculo, Ianus : Latium à Saturno, Saturnus cognominavit. Ad radices enim Capitolij Saturnus condiderat, vti Ianus, Janiculum. Hæc igitur fuit prima Rhomæ origo ad radices Capitolij, vbi tunc pascua bobus erat.

G. DEPICTIO ET DESCRIPTIO

qualis erat Regio Sepricollis.

F Acies tunc agri huius instar arcus erat : cuius chorda esset alueus Tiberis. Cornua ad Solis quidem ortum , rupes Auentina : & ad oceasum Capitolina media Paiatina . Eadem Palatina rupes Tiberim à fronte prospicit : à sinistris, Celio, à dextris , Exquilino iungitur. Auentinus item à fronte Tiberim & Capenam tenet ad dextram. Cæliolo ac Viminali hæret Capitolium , ante se Tiberim & portam Carmentalem cernit : hæret illi Quirinalis. Has rupes antiqui septem colles & septem montes appellauerunt. Area huius arcus est, quicquid campi iacet inter Auentinum & Capitolium & à Palatio ad Tiberim. Lybissus antea , inde Argeus: post, vicus Tuscus dicitur. Paludes plures eo passim Tiberina inundatio efficiebat: quæ hanc aream nō satis idoneam habitationi reddebat, ante quā factis Vertunno sacrificiis in alueum suum Tiberis verteretur. Prima igitur origo Rhomæ fuit collis Capitulinus, antea Saturnia dictus , sequens hunc Auentinus fuit habitatus ab *Athlante Italo* è Sicilia aduecto eò contra fratrem suum Hesperum, in cuius tutela erat Etruria imperiū adhuc Iano puero : & immaturo ad munera regia & regni. Porro Italus

domicare à Iano Etruscis prohibitus in Aventino consedit: ad cuius radices iuxta Tiberim ope atq; cōsilio Iani Capenam oppidulum cōdidiit: & regionē (eius permisso) Italiam dixit.
 ¶ Mox Hespero fratre rebus humanis exempto Italus in tutelam Ianum & Etruriam suscipiēs omnem circa Tiberim regionē, extinctis vltro citroq; aliis cognominibus, à se Italiam nuncupauit. Hæc est prisca Italia, cuius nomen sensim ab alpium radicibus ad fretum Siculum ac ipsi Siciliæ communicatum est. Denominare enim aut imponere gentibus & locis noua nomina titūm regum ducumq; ius est. Suscepto igitur Italus Italiz imperio filiam suam Rhomam nomine, Siculis & Aboriginib^z in Latio p̄fsecit. Quæ relicta Capena medium Palatinum tenuit & in vertice vbi h̄eret Exquilion, Rhomam oppidulum condidit, quod Valentiam sonat. Post eius obitum, ob paludes, neglectum oppidum fuit vsq; ad aduētum Euandri, qui cum oppido simul restituit nomen. Subsidens septem collibus campus Argeus dictus est ab Argeo Euandri hospite & comitibus Argiui Herculis qui ad Euandrum venerunt & in Saturnia subsiderunt. Hinc extrema Argiletæ dicuntur. Superior Argiletus dicitur in principio vici Thusci sub Celiolo inter circum maximum & Auentinum vbi lethum Argi simul & sepulchrū est. Imus vero Argiletus est vbi Janus quadrifrons (qui & Verrunus) in fine vici Thusci ad radices Capitolij in foro boario, vbi Saturniæ vestigia. Tres igitur colles primū coluere ante Rhomulum. Medium quidem Roma filia Itali: extremos vero, Saturnus & Italus.

DE ITAL. ANTE ROME. 75
Q. FABII TICTORIS LIB. II. IN-
cipit, quomodo Rhomulus Palatum in ur-
bem quadraram conuerrit.

Rhomulus potitus rerum Albanarum & usus maxima familiariitate regum Etruriaz: & rex primus ex regulis Italiaz creatus, in Latio Rhomam oppidulum in regiam tetrapolim vertit: Inq; Palatino colle fundauit. Ascite n. ex Etruria vate arq; sacerdote, Olympū fecit, pomeriumq; sacrauit: & arattro ab Olympo in vico Thusco per palatiū circum ducens ab imo collis ad verticē quadratā vrbe signauit, in vertice collis hærente Exquilino, Rhomā oppidulū amphiauit & ē regione loco proximo Cælio Velsiā extruxit. Ceterū in declivo ad ima versus circum maximū Germaliā fundauit: vbi iussu Amulij fuerūt expositi. Hac enim antea labebatur Tiberis. Ab ea autē versus Exquilias forū Rhomanū ædificauit. Et ita Rhomulus ex regulo primus Rex à Thuscis declaratus est. Quam rem p occasionem acceptā Mithridates rex Asiae pro ignominia Romanis opposuit & vernæ fuissent Thuscorū. ¶ Quarto autē mense ab vrbe condita perpetratū est audax facinus in raptu Latinarum & Sabinarum. Primi ex Latinis bellum mouerūt in Rhomulū Ceninēses, Antennates. & Crustumeni. Rhomulus auxilio implorato à Thuscis cū Cælio rege Etruriaz primū ex his triumphū retulit, & ob id quartus vrbis collis à Thuscis habitari cœptus est & Cælius dictus. Subinde Sabini bellū ingēs orsi coegerūt Romulū denuo à Lucumonib. socios milites expetere, Galerito Lucuoni Ardeq negotiū datum est: Magna Etruscorū, exq; vrbe

Salpinatum manu venit. Qui cùm offendisset Capitolium captum à Sabinis: ipse proximum Capitolio Quirinalem pro Rhomulo muniuit. Verùm cuim Rhomulus audax sub Capitolium Sabinos aggressus, vulneratus fugeret, illumq; ad portam Palatinam secuti Sabini Rhoma potituti viderentur, illico Galeritus è Quirinali delapsus viamque retro in Capitolium pedem ferendi adimēs (vbi nunc Janus quadrifrons) à tergo Sabinos aggressus (vnde fabula eiaculatè aquæ sulphureæ est) in fugam vertit. Animaduersa re Rhomulus redintegratis viribus & ipse à fronte cedebat, adeo ut Metius in paludem sese cum equo armatus iniiceret. Cedes ingens fiebat, vt ne unus quidem evasisset, ni fœminæ occurrisserent. ¶ Fædere icto Rhomulus urbis agrum diuisit in partes tres, æquis collibus. Sabini & Tacio, Capitolium & Quirinalis: Rhomulo, sequentes Exquelinus & Palatinus, in quo Rhoma: Galerito & Luceribus Thuscis, Celius & Celiolus obuenerunt. Auentinum Rhomulus neminem passus est habitare. Nam fratri Rhemo illum sacrum esse voluit vsque helenam. Cumque concessisset naturæ Cælius: & G A L E R I T V S rex Etruria successisset, consensu tribuum, Cæliolus & ab eo tota arcus aerea, septem collibus subiacens Thuscis data & sacrificio Iano Vertunno facto, egestisq; paludibus habitabilis reddita & vicus Thuscus dicta. Tribus igitur gentibus conflata principio urbs Rhoma habitataque fuit. Nomina impo-
suit princeps Thuscus (nam hi tunc Italiz imminebant imperio) Tacieles, à Tacio: Rumnen-
ses à Rumulo vocauit. hoc enim nomine illum
ab

ab euentu nuncupauit lingua Etrusca ex Etruria oriunda Larentia & nupta prius viro Thuscō Faustulo & inde Etrusco Carrutio. Suam verò tribum à se Lucerum dixit. Nam alia Trumetina est à loco Celii. ¶ Hæc origo vrbis Rhomæ scilicet veteris septicollis cum arcus area habitata, nunc verò ab his collibus in alias colles & conualles in immensum prolatæ. Ceterum nomina eiusdem veteris Rhomæ hæc sunt. Nomina collum. Capitolium, Quirinalis, Exquelinus, Palatinus, Celius, Celiolus, Rumurius qui & Auentinus. ¶ Porrà in area hæc nomina sunt. Lybissus, Circus maximus, Forum transitorium, Argiletus superior, Argiletus imus, Via sacra, Senaculum, Concordia, Grecostasis, ædes Saturni, Vertunnus qui & Ianus quadrifrons, Forum boarium, Vicus longus, vicus Arniensis, Vicus Stellatinus, Sabatinus, Larthenianus qui & Veiens, Phaliscus: quorū cognomina à Thuscis sunt commigrantibus in ciuitatem Romanam. Item Herculis ara vbi Olympus & initium sacri aratri iunctim à Germalia ad sacram viam: Vnde & nominis origo. Forum piscatum, Porta Carmentalis: ædes pudicitia, Rotunda Herculis, Forum venarium, Lacus Curtius Subura, Suburbanum. Saturnia vbi nunc ædes eius atque ærarium. Hæc vbi Rhoma vetus. ¶ In parte Rhomæ sunt Etruriæ loca. Antipolis Ianiculū: Vaticanum. Et Tiberis limes imperij Volturreni inter veteres Ianū & Saturnum qui à principe illius vrbe Volturrena per syncopam dictus est Voltumnus: & ob id Tuscus non Latinus. Quod verò Voltumnū sine syncopa & compositione primituum est nomen, notato, flu-

uium in Samnio & oppidum Romanum in Hirto: à quo Voltumnus deus Thiberinus in Latio sicut Voltumnus. ut caput imperij in Etruria. Quamobrem deum Tiberinum suum dicit esse Rhoma atque Etruria eundem & Ianum Vertunnum & ab his dictum Vadimonna.

FRAGMENTVM ITINERA-

rj Antonini Py.



IVVS Augustus quamuis totū orbē rectē diuiserit vbi ait: Orbis totus diuiditur in partes treis Europam, Africam & Asiam: quæ ferè eīt dupla ad quælibet duas sum. In descriptione tamen locorum orbis multa loca memoratu digna sīluit quæ in præcipuis itineribus oppida & vrbes occurrat: quæ maximē cum militibus cum peregrinacionibus tum historicis non parum proficiunt, neglexit. Ea nos suo nunc ordine percurtere instituimus. Ab vrbe in Gallias itur itineribus sex: Maritimo, Litoreo, Aureliano, Cassiano, Tiberino, Flaminio. Maritimum tenet Phregeenas, Castrum nouum, Cellas, Herculem, Thelamonem, Caput Etrurie, Phaliscas, Traianum, Populonium, Vada Lygurnum, Ericis, Entellam, Delphinum. Genuam inter Poisenam & Pheritonem, Monacum, Nyceam. Litoreum continet Alsum, Cere, Pyrgatum. Forum cellæ Graifcas, Cosas, Volaterras, Pisam, Lunam, & ipsum transītum in Gallias Cariaram.

Aurelianum quod & Claudianum feriū per ipsam Aureliam, Thermas stygianas, forū non pagorum Claudijs, Tarquinias, Saturniam, Voizen,

Volcen, Tunniatem montem, Rosellas, Roseum, Tursenam & transitum Apuam. Cassiano itinere itur per Politorum, Arcenum, Minio nem, Forum Cassij, Aruntes camilarios, Tudernum, Varentanum, Vmbronem mōtem, Senam coloniam, Phocēses, Lucam, & Caferonianum transitum in Gallias. Tiberinum quod & Cymminium iter, fertur Gallera, Lartheniano, siue Veiente, Rosulo, Sutrio Lacu Elbij, & Iugis Cyminiis, Fano Volturñæ, cuius claris gestis inuidit Liuius, Salecumbrone Volturñæ, Larthe amni Volsinis, Clusio veteri olim Comersolo, Clusio nouo à quo nunc dictus Culsentinus transitus Hannibalis, & Phesulæ transitus. Flaminium habet castrum nouum, Ocream & Ocriculum, Natniam olim Nequinam, Tudor, Hispellum aut à castro nouo Spoletum, Camerium vrbium, Pisaurum, Ariminum.

G R I M O A L D V S V O L T U R N Æ S I-
ue Etruriæ praefectus in excerptis quæ sub
rege Desiderio de ipsa Etruria
scripsit.

Decretum Desiderij Regis Italiae.

 Euocainus statuta Regis Aistulphi contra Vetulonos edita, ut lacus non Tyrensum: sed Vetulonum sit, quia Lacus magnus Italix. Ideo Italia dictus est, quia ager eorum prius dictus est Italia dicta ob ibi sedem Itali decretam. Et vt suam Longholam non Longbardulam sed cognomine sui ampliatoris Tertenii Terebum vocent. Et ut sub uno in uno ciuitat sua tria oppida Longholam,
Grim. 11. d. 4.

Vetuloniam & Turrhenam Voltturnam dictam
Etruriam, totamque urbem nostra adiectione
Viterbum pronuncient, ut Rhoda & Ciuitas
Balneoregium dici iussimus. Permittimus pe-
cuniis imprimi Faul. sed amoueri Herculem &
poni sanctum Laurentium eorum patronum
sicut facit Roma, & Bononia, iubemus quoque
reparari Cor~~N~~yentam, Dardanum, Assium,
Foranium, Corynetum & Tuscanellum. ¶ Nos
enim non sumus Tuscix delectores ut nos
apud Gallos accusat Hadrianus Papa. Nam in
Tuscia edificauimus à fundamentis, vobis qui-
dem Volturrenis Caluellum vicum horchia-
num, Balneariam, Barbaranum & Gariofium:
Sentinatis autem Ausdonias Roda, Cofa-
num Volaterris, Roda Comalum Lune Sergia-
num & petram sanctam olim fanum Feroniæ.
¶ Phocensibus autem sanctos Geminianum &
Miniatem, Fesulanis oppidum Munionis in
quod vagos & sparsos Arni Ianos & Palantes
Fluetinos collegimus. Rursus plures antiquas
nobiles vrbes ampliauimus: & muris cincti-
mus, & nunc id idem agimus circa Lucam, Pi-
ctorium, Aretium, Orbitum & Etruriam nunc
Viterbū, cuius nomen, aut à nobis constituta de-
creta, quis violauerit, aut capite puniatur aut
laqueo stranguletur. Hoc itaque non est Etru-
riam destruere: ut nos arguit Hadrianus qui pa-
cem ultrò à nobis oblatam respuit. ¶ Quare ti-
bi Grimoalde praefecto Viterbensi precipimus
ut quamdiu dubia pax perseverat: iubeas om-
nes Thuscix milites paratos esse in armis &
commeatus ac stipendia sine auaritia fac in
promptu habeas, ut non solum occurrere ho-
stibus:

fibis: sed etiam illos inuadere.

Hucusq; integrè legitur, quæ sequuntur in
fracturis ita se habent. in prima fractura: Ciues
non grauabis nouis exactiōibus. in secunda:
Ex Papia venient. in tertia: Viterbenses,

M E S S A L A E C O R V I N I A D O-
Gaujanum. Augustum de progenie sua libel-

Ius; in quo simul & prima urbis regimina
ab exordio brevissimè expo-
nuntur,

Prefatio. Divisio orbis.

V V M frequenter me digna mo-
ueat postulatio tua, genitum glo-
riosissime Imperator, ut progenie
tua scilicet inclytę posteritatis, si-
mul & urbis Romę prima regimi-
na ab exordio litteris distingue: e inhi persua-
deam: parebo clementiā tua, & operam dabo,
aliquid ingenij, sed parum laboris occupare.
Nam quæ poscis, cùm ab historicis studiofissi-
misq; veterum auctoribus longe lateque sint
declarata, & te copiosissimè rerum maximarū
studiis deditum haud ignorem: tamen quia iu-
bes, opus expediam. & tū vetustissimę gentis
prosapiam, quæ nunc in amplissimq; maiestatis
culmine locata s. lumen ad sidera spectat, arctato
itineris limine in istam declarare. nam quan-
quam à profundo originis fonte cursus pede-
tentium subsequens foret, accelerate matura-
bo, ierenissime Cезаре Auguste. ¶ Totus terre-
rum ambitus, quem undiq; Oceanus verberat
undis, ab Historiis. & Cosmographiis miseri-
candis, cuius partium prima iuxta septem-

tionem & Meridiem ad Orientem extenditur,
Asia: Secunda, ab ostio fluminis Tanais, Hyrcanorumque finibus, vbi iungitur Asia, inter Septentrionalem Oceanum, & mediterraneum aquor, ad ultimas Hispanias in occasu terminat, Europa: Tertia, ab Aegypto Niloq; flumine exordium trahens, relicta terminis Asiae, inter meridiem & mediterraneum fretum produeta, ad occasum in Atlantici Oceani litore definit, Africa. *Asia* ergo, si ad numerum spectamus, orbis terrarum pars tertia erit: si ad magnitudinem, medium terrarum orbem in se continere videri poterit: sic dicta à nomine cuiusdam mulieris, Orientis reginæ.

DE REGIBVS TROIANIS.

- | | |
|-------------------------|------------------------------------------|
| 1. <i>Dardanus.</i> | 5. <i>Laomedon.</i> |
| 2. <i>Erichthonius.</i> | 6. <i>Priamus: & de Troia capta.</i> |
| 3. <i>Tros.</i> | |
| 4. <i>Iulus.</i> | |

IN ea igitur inter cæteras prouincias *minor Asia* est: in qua Phrygia regio, sic dicta à Phrygia Aësepi, & Europæ filia: &, vt alij tradunt, ex Ioue & Europa nata. D A R D A N V M, Ioue & Electra Atlantis filia progenitum. deorum motu ab Italia, &, vt aliis placet è Creta insula, patrios deserentem lares, multitudine gētium, ad hanc Phrygiam deuenisse ferūt, urbem condidisse, eamq; ex se *Dardaniam* nuncupasse: unde gens *Dardana*; & incolentes terras, *Dardanida* dicti. ¶ Hoc regnante, de Creta cum manu electissimorum iuuenū fortè noui regni fama concitum Teucrum, ad Phrygiam, patriis sedibus expulsum, dicitur conuenisse: qui à Dardano, & dextera & fide data, in parte regni eōsors suscepimus

fasceptus est, ut numerosiote populo noua im-
plesentur moenia. Ita sub duobus regibus haud
discrepantibus, Dardania, potentia & magni-
tudine aucta, pacifice aliquamdiu stetit. Huius
Teucri in regendo & tempore, augendo boni-
tas comitasq; tanta fuit, ut eo defuncto, super-
stite Dardano, ob ipsius inclytæ memorie glo-
riosissimum decus, qui Dardanidæ nuncupaban-
tur, deinceps Teucri cognominarentur; ut Virg.
Maro; *Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles.*

¶ Dardanus filium habuit ERICHTHO-
NIVM, quem post sui obitū regnante reliquit.

¶ Erichthonius TROVM genuit; qui iu-
stitia & pietate insignis, mutato Dardanix no-
mine, ex se urbem *Troiam* nominari permisit.
Hinc Troianum nomen ortum.

¶ Duos filios Trous habuit, ILM scilicet,
& Astartacum. Ilus vero, quia maior natu defun-
cto patre, regnum obtinuit; & intra urbis moe-
nia illam eminentissimam atq; gloriofissimam
arcem edidit, quæ ex sui nomine *Ilium* nuncu-
pata: unde *Ilienes* Troiani dicti.

¶ Is LAOMEDONTEM filium reliquit:
quo regnante, Iason & Hercules, validissimorū
iuuenum Græcorum comitatu, quum ad Col-
chos ob velleris aurei cupidinem transfretar-
rent, à mari timido saltidio se recreandi gratia, in
Phrygiam terram legerunt. Quos Laomedon,
vel superbia, vel famosissimæ gétis terrore con-
citus, minaci nuntio extemplo abire precepit.
Hi quum alio contenderent, nec vires nec ar-
ma ad resistendum haberent, ob illatum dede-
cus indignati, excidium austerrimo regi conti-
nuo minitantes, obtemperauere mandatis: ac

perfetto velleris. negotio, ubi in Græciam rediissent, Hercules Phrygi regis opprobri non immemor maximorum iuuenum ac principum Græcorum manu, armata classem ad Troiam velare mosq; direxit; & in litore expositis armis, ad mœnia imperuosè contendit. Quod ubi sensisset Laomedon, audacter magis quam cautè, inordinato agmine extra mœnia hostili impe tu ausus congregari, insidiis interceptus, fortiter dimicando extinctus est, suorum parte maxima vel capta, vel perempta. Hinc ad exterrita mœnia Hercules contendens, nullo custode nec in muris nec in portis obstante, introit urbem; & igne ac ferro omnibus consumptis, Hes sionam Laomedontis sororem, Telamoni Salaminæ regi, quia muros Troiz primus inuaserat, ac in portas irruperat, dedit. Ex qua natus est alter ille Teucer, qui patria profugus, in Sidonia alteram Salaminam cōdidit: de quo Vir gilius noster, inducens Didonem effari ad Aeneam: *Atque equidem memini Teucrum Sidona venire Finibus expulsum patris, nouare regna perentem:*

¶ Ex Laomedonte superstes filius fuit PRIAMVS, qui tum fortè alio in armis aberat. Is & patris & patriæ excidio cognito, rediit; dirutamq; urbem impensa & opere adeo reparare institit, ut brevi marmoreis saxosisq; turribus, & ædificiis publicis, ac priuatis, angustiorem tutioremq; redderet. ¶ Assaracus vero Troi filius, illi frater: vi supra memini, genuit Capys, Capys Anchisen. Anchises Aeneam, Aeneas Ilium cognom; natum Ascanium, ex Creusa magne datum, qui & Iulus fuit: a quo gens Lulia; vanquita grecis vocatum trahit serenissime. An-

guste, ut Virgilius; At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat dum res sterit Iliare regno. ¶ Priamus vero, ubi in Graeciam postulatum misisset ut Hesiona soror, quem à Telamone turpi feruitio concubina terri tenebatur, in matrimonium duceretur, vel saltem restitueretur, derisus, neutrum obtinuit. Quare Alexander, qui & Paris dictus, Priami filius, manu electissimorum iuuenium in Graeciam aequora sulcavit, Helenamq; Menelai regis uxorem, Graecarum pulcherrimam rapuit. Quamobrem Graeci reges armantur; & Agamemnon duce post decennam obsidionem Troiae moenia capta, in ruina ac cinere iacuere solo.

- | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------|
| 1. De his que post Troiam
capti, de Aenea aduen-
tu in Italiam & Regi-
bus Latinis & Albanis. | 5. Latinus Sylvius. |
| 6. Alba Sylvius. | 6. Capys Sylvius. |
| 7. Atys seu Caperus
Sylvius. | 7. Caperus Sylvius. |
| 8. Tiberinus Sylvius. | 8. Tiberinus Sylvius. |
| 9. Agrippa Sylvius. | 9. Romulus Sylvius
seu Rhemus. |
| 10. Romulus Sylvius
seu Rhemus. | 10. Aventinus Sylvius. |
| 11. Amulius & Nu-
mitor. | 11. Trocas Sylvius. |
| 12. Amulius & Nu-
mitor. | 12. De Romulo & Remo. |
| 13. Aeneas Sylvius. | |

Hinc, Graecorum assensu, duo incolumes principum Trojanorum recessere, qui auctores pacis & reddenda Helenam semper fuerant, & Graecorum legatorum, Ulyssis ac Diomedis, honoratissimi hospites; Antenor scilicet, & Ar-

N E A S: quorum alter ex Laomedontis, vel, ve
 quibusdam placet, Friami sorore natus, Assueri
 viri nobilissimi fuerat filius, Antenor: alter, ex
 regio sanguine ortus, Æneas, ut suprà demon-
 stratum est. Hi nauium classe parata, & patriis
 rebus, hominibusque quos arbitrio sui delege-
 vant, onusta, pannis velis tenuere altum; & per
 Argum Ionumq; prætereuntes Argolicas vr-
 bes, suadentibus fatis ad Italiam remigauerūt.
 Antenor ex Ionio e quore ad dexteram flentem
 inter Dyrrachium & Brudusium, per latissimas
 superi e quoris fauces ad septemtrionem con-
 versus, hinc Dalmatas linquens, Illyricos ac Li-
 burnos; illinc Appulos atque Picenum; ad ca-
 put Adriatici maris crismum tenuit. & relicto e-
 quore, aduerso flumine quod Brënsia dicitur,
 sursum contendens, terra potitus, sedem sibi
 fuisq; elegit: & expugnatis Euganeis, qui tum
 ea incolebant loca, Pataulum condidit. Is inter
 exterios comites, Enetorum multitudinem nu-
 merosam secum duxerat; qui Paphlagonia or-
 ti, patria pulsí, exsules ad Troiam, quæ bello
 tum elaborabat, concederant. Hi in proxima
 finitimarum prædia longè lateq; diffusi, quia
 multitudine cuncta compleuerant, ex se genti-
 bus nomen dedere, & Venerie regio dieta. De
 hoc Antenoris aduentu sic meminit Virgilius;
*Antenor poruit mediis elapsus Achius Illyricos pe-
 netrare finis, arg. intima rurus Regna Liburnorum,
 & fontem superare Timauit: Unde per ora nouem va-
 go cum murmure montis Et mare præruptum, & pela-
 go premis arua sonanti. Hic tamen ille urbem Para-
 ui, sedesq; locauit Teucrorum; & genti nomen dedit,*
enag. Ex Troadis placida cœpitu pace quiescit.

Hes

Hoc loco, Imperator maxime, quum te perspe-
pe altiloquio tuo differentem dubitare anim-
aduertissem, quod insigne vexillis Antenorū &
Æneæ fuisset, sine quadam rei memoria haud
prætereundum arbitror, sed cum Virgilio ne-
stro instandum, vbi de Antenore sic profatur
& genti nomen dedit: id est, utramq; gentem, Ita-
licos scilicet, & Phrygios, qui ea incoluerunt
loca, Trojanos, vel, vt alij tradunt, Antenoridas
cognominari statuit. *armaq; fixit, hoc est, in tem-*
plis arma & insigne armorum suspendit. Nam
post exactam militiam laboresq; militiaz, mos
antiquitus fuit, in deorum templis suspendere
arma. ideo *arma fixit Troia.* Troia fuit inter ar-
ma templis affixa, armorū insigne: quod non
nulli asserunt. *Troia namq; vulgo Italicè Latine*
que scropha vel sus dicitur. cui vocabulo li-
centia sui allusit poeta: quod animal, quia eius
nomen vrbi Troiæ congruebat, aureo vexillo
insigne armorum statuit Antenor, absumptæ
vrbis Troiæ memoria. Verum in gestis Æneæ,
alia euidentior ratio, cur ita, videri poterit, qua-
re progedrior. Æneas eodem itinere per Græ-
corum Achaicumque fretum delatus, in Epiro
reuisit Helenum, inter Argolicas vrbes domi-
niij ditionem tenentem. Narrat historia, Pyr-
xhum, Achillis filium, deleta Troia, Andromachēn
Hectoris quondam vxorem, & Helenum
Priami filium seruitio secum duxisse. Inde
quum sibi matrimonio iungeret Hermionem
Menelai filiam, Heleno Andromachen tradit.
Mox ab Oreste interfactus, quia sine prole in-
teriit, in regno præsidem reliquit Helenum: vt
ibidem Maco, vrbi de se Æneas ad Didonem

profatur: — iuuat euassisse tot urbes Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes. Et paulo post; *Hic incredibili rerum fama occupat aures, Tiamiden Helenum Graias regnare per urbes. Et primo Andromachen iterum cessisse marito. Is Helenus Aeneas fututa praedicens; monitus interpres deorum profatus fuerat, ibi locum sedis eius fore quietis; ubi in Italia iuxta Tybridis ripas scropham seu suem triginta natorum foetu iacentem videt; ut Maro in tertio; ad Aeneam loquutus Helenus; *Signa tibi dicam: tu condita mente tenero: Quum tibi sollicito secreti ad fluminis undam Litorum ingens inuenita sub illicibus suis, Triginta capitum foetus enixa iacebit: Is locus urbi erit; requies ea terra laborum.* ¶ Aeneas hinc discedens, & extrema Italix rades, circumiectum per Siciliam senem Anchisen patrem amisit. Inde per inferum mare diu fluctibus ex iniquo sidere vesatus, Aphrum tenuit litus. mox pacato & quore ad Italiam reuectus, appulit Tiberis ostid. Ibi tunc temporis Latinus rex, Fauni filius gentibus impetrabat: qui ad rei nouaz tumultum excitus, ut Tito Liuio placet, in armis obuiam pergit. Inde colloquio utrimque pacatis animis, duci Troiano filiam, quam Turno Rutulorum regi primo despontarat, matrimonio iungit, Lanianam. Aeneas conditum oppidum ex uxoris nomine Lauinium appellat. At Virgilius noster hac in parte aliter sentit: id est, Latium non in armis obuiam processisse, sed Aeneam legatos regi misisse: quibus auditis rex pacatus, & matritis deorum adductus, Lauiniam filiam aduenaz Troiano tradit. Quamobrem Turnus, impatiens opprobrii erexit coniugis, bello petit*

Aeneam,

Eneam, nec vetante nec permittente Latino. **A**neas, vt vires & artia in hostem externo robo re firmaret, ad Euandrum, qui tum his oris ubi nunc Roma, auctoritate ditionem tenebat, sursum aduerso flumine pergens auxilijs exposcendi gratia, suem, id est scropham, triginta natorum foetu, vt Helenus praedixerat iacetem aduertit, quiete sedis certissimum omne, quain lunoni deorum reginæ immolando sacravit. vt Virgilius in octauo : *Ecce autem subito, atq[ue] oculis mirabile monstrum, Prucubuit viridig[er] in litora: conspicitur sus: Quam pius Æneas, tibi enim, sibi maxima Iuno Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad utram Eodem Æneam Lavinium oppidum struxisse aiut: simul & hinc scrophæ signum Troianis ortum quidam tradidere, seu ob initii fundamenti regiae sedis memoriam, seu quia quietis genti scropha signum dederat, seu ob æternum insigne rominis Troiae, quæ huic vocabulo animalis vulgo Italice includitur, vt supra memini. Præterea & nonnulli referunt historici, Æneam more nauigantium, inter cætera animalia ad usum vescendi, vt sit suem vivam secum detulisse, ac ex oraculo responsum habuisse, quum teneret Italiam, dimitteret eam: inde, quo reperta foret, sed ei us conderet urbem quam in Campaniæ oris, apud Auernum lacum Baiarumq[ue] fines, dimissam volunt, inox supra Tybridis ripam. Quare elatum scrophæ vexillum, quo circa Helenus ad Æneam in tertio Virgilij: *Vade age: & ingentem fatus fer ad aethera Troiam, id est, insigne Troianum.* Ac quin hac in parte te dubitare, serenissime principū, crebro percepissem, & in ambiguitate rei hu-*

ius multos vagari, tulit calamus prolixius, & proposito longius, quam exposceret intentio. Quis enim rem tot seculis remotissimam scrutaturus, per vetustissima litteratum volumina sine ambiguitate euadere potuit? Sed ad propositum redeundum. Ad Euandrum concessit Aeneas: & opato potitus, Pallantem Euandi filium, & ingentis roboris armatorum auxilia secum duxit. Turnus post aliquot prælia clarissima vixsus tandem ac peremptus, Troiano cœficit. Victor Aeneas post Latini obitum in regno successit: quem mortuum, & super Numicij fluminis ripam conditum, Indigetem Iouem dixerat, expleto anno tertio regni. ¶ Superfuit ASCANIUS, eius filius, Troiæ ex Creusa natus. Is Lauinium oppidum nouerat Lauiniæ, & Sylvio ex Lauinia fratri relinquens, haud inde longe in Albano colle condidit Albam. Inter Lauinium & Albam conditam triginta annorum spatium datur. ¶ Absunto Ascanio, frater eius SYLVIVS, qui & Iulu, à quo gens Iulia, & antiquum tuæ generosæ prolis deriuatam cognomen Auguste, regnat: quanquam inter auctores veterum in ambiguo constet, utrum hæc Sylvium an Ascanium cognominatum fuisse Iulum. Is Sylvius, post obitum patris ex Lauinia Italiam natus, Posthumus dictus: quem Lauinia prægnans, priuignum timens Ascanium, sedens, in quadam sylua, apud Tityrum pastorem peperit: unde Sylvius nuncupatus: ut Maro, inducens Anchisen ostentantem suorum progeniem Aeneas: *Illi (vides) pura iuuenis qui nititur hasta,* Proxima sorte tener lucis loca, primus ad auras ~~ad~~ hercules Italo comitis sanguine surges, Sylvius,

Alba-

Albanum nomen, tua postuma proles: Quem tibi longeū secum Lavinia conjunx Bducet syluis regem, regumq; parentem: Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba ¶ Hic Sylvius SYLVIVM AENEAM filium reliquit: ex quo LATINV S filius: à quo Trixi Latini cœpere nomen, & Sylvium cognomen Albæ regnantibus datum, vt quidam tradidere: quanquam Virgilius hoc cognomen regibus Albanis à Sylvio Posthumo deriuatura sentire videatur. ¶ Genuit hic Sylvius ALBAM, ATYM Alba, CAPYM Atys, Capys CAPE TVM, Capetus TIBERI-
NVM: qui in Albula flumine demersus, mutauit fluvio nomen, Tiberi deinceps nuncupato. ¶ Ex Tiberino superfuitAGRIPPA: ex quo ROMVLVS SYLVIVS: qui sine prole, fulmine ictus, stirpis eiusdem AVENTINVM in regno reliquit. is decedens, in quo sepultus fuerat, colli nomen dedit. Huic successit PROCA: quo defuncto, duo eius filij, NVMIL-
TOR & AMVLIVS superstites fuere: quorum alter Amulius, Numitorem fratrem maiorem è solio deiecit: cuius virili prole interempta, filiam Rheam Sylviam, vt partum auerteret, Vestalem virginem sacrat. Rhea geminos edidit, Remum scilicet & Romulum; à Marte compressa, vt traditur. Quod regi Amulio notum, in vincula tradita matre, regio edicto in Tybridis alueo exponuntur gemini. Fama est, in lupam geminos lambentem, regium pastorem Faustulum easu quodam incidisse: qui vixori Laurentiæ nutriendos dedit. Iam adulti iuuenes, corporis & animi vires adepti, pœsylvas ac nemora non modo infestare fetas,

sed & finitimi pastori bus dominari acceperant. Tandem insidiis Remus interceptus, ut prædæ reus ad Amulium ducitur. inde, quia cum cum fratre Romulo in agrum Numitoris impetum fecisse dicebatur, ad poenas supplicij materno auo traditur: à quo mox & ipsi nepotes præsidio pastorum in regiam facto impetu Amulum obtruncant, & restituunt Numitori regnum. ¶ Hunc scito Cæsar Auguste, gentis Iuliæ Albanorum regum ultimum, eamque gentem ad Iulium usque Cæsarem, teque principum decus, sine imperio priuatæ in tuz felicitatis tempora terminasse. namq; Romulum, Romanæ urbis impetriique tui conditorem, materna linea incognito patre ortum, tuz stirpis non censeo, si maiorum genealogiam rectè complector.

TITI LIVII TATAVINI HISTO-
RIARUM ab urbe condita libri I.

Epirome.

ADVENTUS AENEÆ in Italiam, & res ab eo gestæ. ASCANI regnum & SYLVII AENEÆ ac deinceps Sylviorum regum primo libro continentur. NUMITORIS filia à Marte compressa: Nati Romulus & Remus: **A**MULIVS obtruncatur. Urbs à Romulo & Remo condita.

SEX. AVRELIVS VICTOR DE VI-
ris illustribus urbis Romæ.

LI B E R falsò, haltenus Cornelio. Nepoti vel C.
Plinio Cecilio inscriptus; nouem personis illustris
bus ex ver. lib. autoritate nunc primūm auctus.

C A P V T I.

Trisca rex Albanorum. Amulius & Numitor, seu.
De Romulo & Remi ortu.

ROCA rex Albanorum, Amu-
lius & Numitorem filios habuit:
quibus regnū annuis vicibus ha-
bendum reliquit, & vt alternis
imperarent: sed Amulius, fratri
imperium non dedit: & vt eum sobole priua-
ret, Rheam Syluiam filiam eius, Vestę sacerdo-
tem praefecit; vt virginitate perpetua tenere-
tur: quæ à Marte compressa, Romulum & Re-
mum edidit. ¶ Amulius ipsam in vincula cō-
pegit: paruulos in Tiberim abiecit: quos aqua
in siccō reliquit. Ad vagitum lupa accurrit,
eosque uberibus suis aluit: mox Faustulus pa-
stor collectos Accæ Laurætæ coniugi educan-
dos edidit. Qui postea, Amulio interfecto, Nu-
mitori suo regnum restituerunt. ¶ Ipsi Pasto-
ribus adunatis, ciuitatem condiderunt: quam
Romulus augurio vicit, quod ipse XII. Re-
mus V. I. vultures viderat. R O M A M vocauit:
& vt eam prius legibus quam mœnibus mu-
niret, edixit ne quis vallum transfixet: quod
Remus irridens, transiliuit, & à Fabio Ce-
lere centurione ruga fer-
tur occisus.

94 HIST. ANTIQ. LIB. I.
SEXTVS AVRELIVS VICTOR
de Romanæ gentis ori-
gine.

• RIGO GENTIS ROMANAE A
Iano & Saturno conditoribus, per succedentes sibi-
met reges, usque ad Consulatum decimum Constan-
tij; digesta ex autoribus Verrio Flacco Antiate,
(ut quidem idem Verrius maluit dicere quam
Antia) tum ex Annalibus Pontificum; dein
Cnao Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Lycinio Ma-
cro, Varrone, Cesare, Tuberone, atque ex omni pri-
scorum historia; proinde ut quisque neoreticorum
asseverauit: hoc est, & Linius, & Victor Afer.
¶ De his qui primi in Italia fuerunt. De Sa-
turno & Iano.



RIMVS in Italiam creditur ve-
nisse SATURNVS; vt etiam
Maronis Musa testatur illis ver-
si bus: *Primus ab eterno venit Sa-
turnus Olympo, Arma lous fugiens,*
& regnis exsul ademriq. &c. Tanta
autem usque id tempus antiquorum hominū
traditur fuisse simplicitas, vt venientes ad se
aduenas, qui modo consilio ac sapientia præ-
dicti, ad instruendam vitam formandosq; mo-
res aliquid conferrent; quod eorum parentes
atque originem ignorabant, cœlo & terra edi-
tos, non solum ipsi crederent; verum etiam po-
steris affirmarent, veluti hunc ipsum Saturnū;
quē Cæli & Terræ filiū esse dixerunt. ¶ Quod
cum ita existimetur, certum tamen est priorem
IANVM in Italiam deuenisse: ab eoque po-
stea venientem exceptum esse Saturnum. Vnde
intelligendum est, Virgilium quoq; non igno-
ratione

natione veteris historiæ, sed suo more *primū* di-
xisse Saturnum; non ante quem nemo, sed prin-
cipem: ut, *Troia qui primus ab oris.* cùm procul du-
bio constet ante Æneam priorē Antenorem in
Italiā esse peruectum; eumq; non in ora tito-
ri proxima, sed in interioribus locis, id est Itly-
rico, urbem Patauium condidisse: ut quidem i-
dem Virgilius illis versibus ex persona Vene-
ris, apud Iouem de ærumnis Æneæ sui con-
querentis: *Antenor potuit mediū elapsus Achinus*
Illyricos penetrare sinus, atque intima turus: &c.
Quare autem addiderit *turus*, suo loco plenissi-
me annotauimus in commentatione, quam
hoc scribere cœpimus, cognita ex eo libro qui
inscriptus est *De origine Tarauina*. Itaque nunc
Primus ex ea quoque significatione est, è qua
illud in secundo Æneidos, de enumeratione
eorum qui equo Durio digrediebantur. nam
cùm nominasset Thessandrum, Sthenelum,
Vlixem, Athamanta, Thoanta, Neoptolemum;
pòst intulit, *primusq;* *Machaon*. De quo queri
potest. Quonodo potest *primus* dici, post tan-
tos qui supra dicti sunt? Verùm intelligemus
primum pro principe: vel, quia is [ad perfectū]
illis temporibus circa peritiam mediceæ artis
præcipuus fuisse traditur. Sed ut ad proposi-
tum reuertainur, ferunt Creusam, Erechthei re-
gis Atheniensium filiam speciosissimam, stu-
pratam ab Apolline, enixam puerum; cum-
que Delphos olim educandum esse missum:
ipsam verò à patre, istarum rerum nescio Xi-
pheo cuidam comiti collocatam. Ex qua cùm
ille pater nō posset existere, Delphos eum pe-
tuisse ad cōsulendum oraculū, quomodo pater

fieri posset: tum illi Deum respondisse ut, quod
 postero die obuiam habuisset, cum sibi adopta-
 ret. itaque supra dictum puerum, qui ex Apolline
 genitus erat, obuiam illi fuisse, eumque; ado-
 ptatum, cum adoleuisset, non contetum patro-
 regno, cum magna classe in italiam deuenisse:
 occupatoque; monte, urbem ibidem constituisse,
 eamque; ex suo nomine *Ianiculum* cognominas-
 se. Igitur Iano regnante apud indigenas rudes
 inculiosque, Saturnus regno profugus, cum
 in Italiam venisset, benignè exceptus hospitio
 exhibiq; haud procul a Janiculo arcem suo no-
 mine *Saturniam* constituit, isque primus agriculturam
 edocuit, ferrosque homines & rapto vi-
 tute assuetos, ad compositam vitam eduxit. unde
 Virgilius in octavo sic ait: *Hac nemora indigena*
Fanni, Nymphaeg, renabunt, Gen:q, vitam truncis
& duro robore nata. Quis neque mos nec cultus erat;
nec iungere tauor, Aut cōponere opes norant, aut par-
cere parto; Sed rami, atq; asper vittu venatus alebat.
 Omissaque; Iano, qui nihil aliud quam ritum co-
 lendorum deorum religionesque; induxerat; se
 Saturno maluit annexere: qui vitam moresque;
 feris etiam tum mentibus insinuasse, dicitur;
 & ad communem utilitatem. ut supra diximus,
 disciplinam colendi ruris edocuit; ut quidem
 indicant illi versus: *Is genus in docile ac dispersum*
monibus artis, Composita, legesque dedit; Latiumque
tocari, Maluit, hu queniam laruisset turus in oris.
 Istum quam usum signandi artis, ac monet in
 formam incutiendae ostendisse traditur; in qua
 ab una parte caput eius, imprimetur; altera
 paucis, qua rectus illo erat. unde hodieque a-
 leatores positio nummo operioque, opinionem
 coahu-

conlusoribus ponunt enuntiādi quid putent subesse , caput , aut nauem : quod nunc vulgo corruptentes , nauianandi dicunt . Aedes quoque sub cliuo Capitolino ; in quo pecuniam conditam habebat , *Ærarium Saturni* hodieque dicitur . Verūm quia , vt suprà diximus , prior illuc Janus aduenerat , cùm eos post obitum diuinis honoribus cumulandos censuissent ; in sacris omnibus primū locum Iano detulerunt ; usque eò , vt etiam cum aliis diis sacrificijum fit , dato ture in altaria , Janus prior nomine iur , cognomento quoque addito *Pater* : secundūm quod noster cognomento sic intulit : *Hanc Ianus Pater , hanc Saturnus condidit arcem* . Ac subindit ; *Ianiculum huic ; illi fuerat Saturnia nomen* . Eiq; (eò quòd mirè præteriorum memor , tum etiam futuri) digerit *Rex arua Latinus & urbes Iam senior longa placidas in pace regebat Quo regnante Troianos refert in Italiā deuenisse* .

1. *De Aboriginibus & de Regibus prisci Italia.*

2. *Tieus*

3. *Faunus. De Euandro & Hercule*

¶ Quæritur quomodo Salustius dicat : Cùmque his *Aborigines* , genitū hominum agreste , sine legibus , sine imperio : liberum atque solutum . Qui-dam autem tradunt , terris diluvio cooper-tis , passim multos diuersarum regionum , in montibus , ad quæs confugerant , constitisse : ex quibus quosdam sedem quærentes , peruectos in Italiā *Aborigines* appellatos , Græca scilicet appellatione , à cacuminibus montium , qui illi oræ faciunt . Alij volunt eos qđ errantes illō venerint , primō *Aberrigines* , post mutata vna li-tera , altera adempta , *Aborigines* cognominata-

tos. Eos aduenientes *Picus* exceptit, permissos
viuere ut vellent.

¶ Post Picum regnauit in Italia Faunus; quē
à fando dictum volunt, quod is soleret futura
præcinerē verbis quos *Saturnios* dicimus. qd'
genus metri in vaticinatione *Saturniz* primā
proditum est. Sed urbem *Saturnus*, cūm in Ita-
liam venisset, condidisse traditur. Eius rei En-
nius testis est, cūm ait: *Versibus quos olim Fauni
vatesq; ranebant*. Hunc Faunum pleriq; eundem
Sylvanum, à *syluis*, inuum deum: quidam etiā
Pana, vel *Pan* esse dixerunt. Igitur regnāte Fau-
no ante annos circiter sexaginta, quam *Aeneas*
in Italiam defretetur. E V A N D E R. Arcas, Mer-
curi, & *Carmentis* nymphæ filius, simul cum
matre eodem venit, quam quidam memorie
prodiderūt, primò *Carmentim* dictam; pōst, Ni-
costraten; de carminibus; eō videlicet φ om̄
nium litterarum peritissima, futurorumq; pru-
dens versib; canere sit solita: adeo ut pleriq; ve-
lint, non tam ipsam a carmine *Carmentam*; quā
carmina, à qua dicta essent, appellata. Puius ad-
monitu, transfuestus in Italiam E V A N D E R, ob-
singulare eruditionem atq; sciētiā litterarū
breui tempore in familiaritatem Fauni se insi-
nuavit: atq; ab eo hospitaliter benigneq; exce-
pius, non paruum agri modum, ad incolendum
acceptit: quem suis coītitib; distribuit, exadī-
catis domiciliis in eo monte quem primò tum-
illi à Pallante *Tallanteū*, postea nos, *Palatiū* di-
ximus. ibiq; Panī deo fanū dedicavit: quippe is,
familiaris *Arcadiz* deus est, teste etiam Maro-
ne qui ait: *Pan Deus Arcadia raptam te Luna se-
lectus. & item; Pan etiam Arcadia tecum si iudic-
eremus.*

ee henter. Primus itaque omnium Euander Italicos homines legere & scribere edocuit, litteris partim quas ipse antea didicerat. idemq; fruges in Græcia primùm inuentas ostendit; serendique usum edocuit; terræque excolendæ gratia, primus boues in Italia iunxit. Eo regnante, fortè Recaranus quidam, Græca originis, ingentis corporis & magnarum virium paster, quia erat forma & virtute cæteris antecellens. HERCULES appellatus, eodem venit. Cumque armenta eius circa flumen Albulum pascerentur, Cacus Euandri seruus, nequitæ versutus & præter cætera furacissimus, Recarani hospitis boues subripuit: ac ne quod esset indicium, auersas in speluncam attraxit. cumque Recaranus, vicinis regionibus peragratis, scrutatisque omnibus eiusmodi latebris, desperasset inuenturum; vt cumque æquo animo dispendium fecens, excedere his finibus constituerat. At verò Euander, excellentissimæ iustitiae vir, postquam res uti acta erat, competit, serum noxæ dedit bouesque restitui fecit. Tum Recaranus sub Auentino Inuentori patram dedicauit, appellavitque Maximam: & apud eam decimani sui pecoris profanauit. Cumque ante moris esset, uti homines decimam fructuum regibus suis præstarent; æquius sibi ait videri, deos porius illo honore in partiendo esse, quam reges. inde videlicet tractum, ut Herculi decimam profanari mos esset: secundum quod Plautas In partem inquit Herculeanam, id est, decimam. Consecrata igitur ara Maxima, profanataque apud eam decima, Recaranus, eò quod

Carmentis inuitata, ad id sacrum non affuisset; sanxit ne cui fēminæ fas esset vesci ex eo quod eidem aræ sacratum esset: atque ab ea re diuina fēminæ in totum remotæ. Hæc Cassius lib. I. At verò in libris Pontificalium traditur Hercules, Ioue atque Alcmena genitus, superato Geruone, agens nobile armentum, cupidus eius generis boues in Græcia instituendi; forte in ea loca venisse, & vbertate pabuli delestatuſ, ut ex longo itinere homines ſui & pecora reficerentur, aliquamdiu ſedem ibi conſtituiffe. quæ cùm in valle, vbi nunc eſt Circus maximus, paſcerentur; neglecta custodia, quod nemo credebatur ausurus violare Herculis prædam, latronem quendam regionis eiusdem, magnitudine corporis & virtute ceteris præualentem, oculo boues in speluncam, quo minus futrum vestigiis colligi posset, caudis abſtraxiſſe. cuinq; inde Hercules proficisciens, reliquū armentum caſu præter eandem speluncam ageſet; forte quadam inclusas boues tranſcuntibus admugiſſe: atq; ita furtum detectum. interfectoq; Caco, Euādrum, re comperta, hɔſpi-ti obuiam iuiffiſſe, gratantem, quod tanto malo finis ſuos liberasſet. compertoque quibus parentibus ortus eſſet Hercules, rem ita vti erat geſta, ad Faunum pertuliffe. tum eum quoq; amicitiā Herculis cupidissimè appetiſſe. Quam opinionem ſequi meruit noster Maro. Cūm ergo Recaranus huc Hercules, Patri Inuentori a-rati Maximam consecrasset; duos ex Italia, quos eadem ſacra certo ritu administrāda edoceret, adſciuit, Potitiū & Pinarium. Sed eorum Potitio, qui prior venerat, ad comedenda exta admisso,

admisso, Pinarius, eò quod tardius venisset, posteriꝝ; eius, submoti: vnde hodieque seruatur; Nemini Potitio Pinariꝝ gentis in eis sacris vesci licet eosq; alio vocabulo prius appellatos nonnulli volunt: post verò *Pinarios* dictos dicitur *terras*: quod videlicet ieuni, ac per hoc esurientes, ab eiusmodi sacrificiis discedant. isque mos permanuit usque Appium Claudium Censorem, ut Potitiis sacra facientibus, vescentibusq; de eo boe quem immolauerant, postquam inde nihil reliquissēt, Pinarij deinde admitterentur. Verum postea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, ut administrationem sacrorū Herculis, seruos publicos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent. Quo facto, aiunt intra dies triginta omnem familiam Potitorum, quæ prior in sacris habebatur, exstinctam: atq; ita sacra penes Pinarios resedisse; eosq; tam religione quā etiā pietate eductos, mysteria eiusmodi fideliter custodisse.

Latinus Rex.

1. *Eneas & de Regibus Latinorum*
 2. *Ascanius & de regibus, Albanorum*
 3. *Sylvius Posthumus*
 4. *Eneas Sylvius*. Hunc sextus Aurelius Victor omisit.
 5. *Latinus Sylvius*
 6. *Alba Sylvius*
 7. *Arys siue Capernus*
 8. *Capys Sylvius*
 9. *Caperna Sylvius*
 10. *Tiberius siue Tiberinus*
 11. *Agutta Sylvius*; & hunc quoq; Sextus Aurelius Victor omisit.
- h o

22. Aremulus, siue Romulus, siue Rhemus Sylvius.

23. Auentinus Sylvius.

24. Procas.

25. Amulius & Numitor.

De Romulo & Remo.

¶ Post Faunum, L A T I N O eius filio in Italia regnare, ÆNEAS, Ilio Achius prodito ab Antenore aliisque principibus, cum præ se deos penates, patremq; Anchisen humeris gestans, nec nō & parvulum filium manu trahēs, noctu excederet; orta luce cognitus ab hostibus, eò quod tāta onuslus pietatis sarcina erat, non modò à nullo interpellatus; sed etiam à rege Agamemnone quod vellet, ire permisus, Idam petit: ibiq; nauibus fabricatis, cum multis diuersi sexus, oraculi ammonitu Italiam petit: ut docet Alexander Ephesius lib. i. belli Marsici. At verò Lucatius non modo Antenorē, sed etiam ipsum Æneam proditorem patris suis fuisse tradit: cui cùm à rege Agamemnone permisum esset ire quod vellet, & humeris suis, quod potissimum putaret, hoc ferret; nihil illum præter deos penates, & patrem, duosque parvulos filios, ut quidam tradunt: ut verò alij, vnum, cui Ialo cognomen, post etiam Ascanio fuerit, secum extulisse. qua pietate motos Achiorum principes, remisisse ut reuerteretur dominum. atq; inde omnia secum que vellet, auferret. Itaq; eum magnis cum opibus, pluribusq; sociis utriusq; sexus à Troia digressum, longo mari emenso, per diuersas terrarū oras in Italiam deuenisse. ac primū Thraciam appulsum. Ænum ex suo nomine condidisse: dein, cognita Polymachoris perfidia ex Polydori nece, inde digressum,

Digressum peruectumque ad insulam Delum; atq; illinc ab eo Lauinia. Anij facydotis Apollinis filiam, in matrimonium adscitam; ex cuius nomine *Lauinia litora* appellata: postquam is multa maria permensis, appulsus sit ad Italix promontorium quod est in Baiano. Circa Auerni lacum: ibiq; gubernatorem Misenum, morbo absuntum, sepuitum ab eo: ex cuius nomine urbem Misenum appellatam; ut etiam scribit Cesar Pontificali lib. i. qui tamen hunc Misenum non gubernatorem, sed tubicinem fuisse tradit. Inde non immetito vitramq; opinionē secutus Maro sic iatulit: *At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum Imponit, suaq; arma viro, remumq; rubamq; quamuis auctore Homero, quidam asserant tubæ vsum Troianis temporibus etiam tunc ignoratum.* Addunt præterea quidam, Aeneam in eo littore Euxini cuiusdam comitis matrem, ultimo æratis affectam, circa stagnum quod est inter Misenum Auernuinq;; extulisse; atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius sinus dicitur cumque competisset ibidem Sibyllam mortalibus futura præcincere, in oppido quod vocatur *Imbarionis*, venisse eò sciscitatum de statu fortunæ suarum: aditisq; fatis, veritum ne is cognitam in Italia sepeliret Prochytam, cognatione sibi cōiunctam: quam incolumem reliquerat. & postquam ad classem rediit, repperitq; mortuam, in insula proxima sepelisse; quæ nunc quoq; eodem est nomine; ut scribunt Vulcatius, & Acilius Piso. Inde profectum peruenisse in eum locum qui nāc portus *Caiera* appellatur, ex nomine nutritis eius, quā ibidem amissam

sepeliit. At verò Cæsar & Sempronius aiunt,
 Caietz cognomen fuisse non nomen: ex eo sci-
 licet inditum, quod eius consilio impulsuque
 matres Troianæ, tædio longi nauigij, classem
 ibidem incenderint; Græca scil. appellatione
~~laurea~~, ^{o ræter}, quod est incendere. Inde ad eam
 Italæ oram quæ ab arbusto eiusdem generis,
 Laurens appellata est. Latino regnante, perue-
 csum cum patre Anchise, filioq; & cæteris suo-
 rum; nauibus egressum, in litore accubuisse;
 consumtoque quod fuerat cibi, crustam etiam
 de farreis niensis, quas sacratas secum habebat,
 comedisse: tum Anchisa coniiciente illam esse
 miseriarum errorisq; finem; quippe memine-
 rat. Venerem sibi aliquando prædictissime, cùm in
 externo litore esurie compulsi, sacratasq; mē-
 fas inuasissent, illum condendæ sedis fatali
 locum fore. Scrofam etiam incientem; quam
 eum è naui produxissent, vt eam immolarent.
 & se ministrorum manibus eripuisset; recor-
 datum Æneam, quod aliquando ei responsum
 esset, vrbi condendæ quadrupedem futuram du-
 cem; cum simulacris deorum Penatium pro-
 ceatum; atq; illum vbi illa procubuit, enixaq;
 est porculos triginta, ibidem auspicatū; post-
 quam Laninium dixit: vt scribit Cæsar lib. i. &
 Lucatius lib. ii. At verò Domitius non orbes
 farreos, vt suprà dictum est; sed mēsarum vice,
 sumendi cibi gratia, apium, cuius maxima erat
 ibidem copia, fuisse substratum; quod ipsum,
 consumtis aliis edulii, eos comedisse: ac post
 subinde intellexisse illas esse mēfas, quas illos
 comesturos prædictum esset. Cum interim im-
 molata sue in litore sacrificium peragebat, tra-
 ditus

ditur fortè aduertisse Argiuam classem in qua
Vlices erat: cumque vereretur ne ab hoste co-
gnitus periculum subiret; itemq; rei diuinā
interrumpere summum nefas duceret; caput
velamento obduxisse, atq; ita pñlo ritu sacra
perfecisse: inde posteris traditum more⁹ ita
sacrificandi; vt scribit Marcus Octavius lib. i.
At verò Domitius lib. i. docet, sorte Apollinis
Delphici monitum Æneam vt Italā peteret;
vbi duo maria inuenisset, prandiumq; cū men-
sis comedisset; ibi urbem vti conderet. Itaque
egressum in agrum Laurentem, cum paululum
è littore processisset, peruenisse ad duo stagna
aque falsæ, vicina inter se: ibiq; cùm se lauisset,
[ac]refectum cibo, cùm apium quoque, quod
tunc vice mensæ substratū fuerat, cōsumisset,
existimātem proculdubio illa esse duo maria,
quòd in illis stagnis aquæ marinæ species esset,
mensasq; quæ erant ex stramine apij comedas;
urbem in eo loco condidisse; eamque, quod in
stagnō lauerit, Lauiniū cognominasse. Tum de-
inde à Latino, rege Aboriginū, data ei, quæ in-
coleret, ingera quingenta. At Cato in Origine
generis Romani ita docet; suem triginta por-
culos peperisse in eo loco vbi nūc est Lauiniū:
cumq; Æneas ibi urbem condere constituisset,
propterq; agri sterilitatem metueret; per quietem
ei visa Deorum Penatum simulacra, adhor-
tantium vt perseveraret in cōdenda vrbe quam
cœperat: nam post annos totidem, quot fœtus
illius suis essent, Troianos in loca fertilia atq;
vbetiorem agrum transmigraturos, & urbem
clarissimi nominis in Italia condituros. Igitur
Latiniū Aboriginum regem, cùm ei nuntiatus

cesset, multitudinem aduenarum classe aduentam
occupauisse agrum Laurētem; aduersum subi-
tos inopinatosq; hostos incunctanter suas co-
pias eduxisse: ac prius quam signum dimicandi
daret, animaduertisse Trojanos militariter in-
structos: cum sui lapidibus ac sudibus armati,
cum etiam veste aut pellibus, que eis integu-
mento erant, sinistris manibus inuolutis, pro-
cessissent. itaq; suspenso certamine, per collo-
quium inquisito qui essent, quidve peterent:
utpote qui in hoc consilium auctoritate numi-
num cogebatur: namq; extis ac somniis s̄epe
ammonitus erat, tutoirem se aduersum hostes
fore, si copias suas cum aduenis coniunxisset.
Cumq; cognouisset Æneam & Anchisen bel-
lo patrio pulsos, cum simulacris deorum erran-
tes sedem querere; amicitiam fōdere inisse,
dato iuricem iureiurando, ut communes quo-
que hostes amicosve haberent. itaq; cōceptum
à Trojanis muniri locum, quem Æneas ex no-
mine vxoris suæ Latini regis filix, que iam antè
desponsata Turno Herdonio fuerat, Lauinium
cognominauit. At verò Amatam, Latini regis
vrourem, cum indignè ferret, Lauiniam, repu-
diato Turno consobrino suo, Troiano aduen-
collocatam; Turnum ad arma concitauisse;
cumq; mox coacto Rutulorum exercitu, teten-
disse in agrum Laurentem; & aduersus eum
Latinum pariter cum Ænea progressum, inter
prēlantes circumuentum occisumq;. Nec ta-
men amiiso socero Æneas Rutulis obfistere
detit. namq; & Turnum interemit. Hostibus
susis fugatisq; victor, Lauinium se cum suis re-
cepit; consensuq; omuium, Latinorū rex decla-
ratius

tatus est : ut scribit Lucatius lib. III. Tiso quidē Turnum matrealem Amatæ fuisse tradit : imperfectoq; Latino mortem ipsam sibi met conscius : igitur Aeneam, occiso Turno, rerum potitum ; cum adhuc irarū memor Rutulos bello persequi instituisset, illos sibi ex Etruria auxiliū Mezentij regis Agyllorum adsciuisse ac implorauisse, pollicitos, si victoria parta foret. omnia quæ Latinorum essent, Mezentio cessura. tunc Aeneam, quod copiis inferior erat, multis rebus, quæ necessariò tuenda erant, in urbem cōportatis, castra sub Lauinio collocasse : præpositoq; his filio Eutyleone, ipsum electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxisse, circa Numici fluminis stagnum : ubi cum acerrime dimicaretur, subitis turbinibus infusato aere, repens cælo tantum imbrium effusum, tonitrubus etiā consecutis, flamarumq; fulgoribus, ut omnium non oculi modo præstringerentur, verum etiam mentes quoq; confusa essent : cumque viueros utriusq; partis dirimendi prælia cupiditas inesset, nihilominus in illa tempestatis subite confusione interceptum Aeneam, nusquā deinde comparuisse. Traditur autem, nō prouiso quod propinquus flumini esset, ripa depulsus, forte in fluuiū decidisse ; atq; ita prælium diremtum. Dein post apertis fugatisque nubibus cum serena facies effusisset, creditū est viuum eum cælo absumtum. Idemq; tamen post ab Ascanio & quibusdam aliis visus affirmatur super Numici ripam, eo habitu armisq; quibus in prælium processerat. Quæ res immortalitatis eius famam consumauit. Itaq; illi eo loco templum consecra-

¶ Dein filius eius A S C A N I V S, idem qui E V R Y L E O, omnium Latinorum iudicio rex appellatus. Igitur summam imperij Latinorum adeptus Ascanius, cum continuis præliis Mezentium persequi instituisset, filius eius Lausus collem Lauiniæ arcis occupauit. cumq; id oppidum circumfusis omnibus copiis regis teneatur, Latini legatos ad Mezentium miserunt sciscitatum, qua conditione in ditionem eos accipere vellet: cumque ille inter alia onerosa illud quoq; adiiceret, ut omne vinum agri Latini aliquot annis sibi inferretur; consilio atq; auctoritate Ascanij placuit ob libertatem mori potius, quam illo modo seruitutem subire, itaque vino ex omni vindemia Ioui publicè voto consecratoq;, Latini vrbe erant: fusoque præsidio, imperfectoq; Lauso, Mezentium fugi facere coegerunt. Is postea per legatos amicitia societatemq; Latinorum impetravit; ut docet Lnius Cæsar lib. 1. itemq; Aulus Postumius in eo volumine quod de aduentu Æneæ conscripsit atq; dedit. Igitur Latini Ascanium ob insignem virtutem non solum Ioue ortum crediderunt, sed etiam per diminutionem, declinato paululū nomine, primò Iobum, dein postea Iulium appellarūt: à quo Iulia filia manauit; ut scribunt Cæsar lib. 11. & Cato in Originibus. Interim Lauinia, ab Ænea grauida relicta, metu, veluti insecuri se Ascanij, in syluam profugit ad magistrum patrij pecoris, Tyrrhum: ibiq; enixa est puerum, qui a loci qualitate Sylvius est dictus. At verò vulgus Latinorum, estimans clam ab Ascanio imperfectam, magni ci inui-

ei inuidiam conflauerat, vsq; eò vt armis quoq;
ei vim denuntiaret. Tuim Ascanius iure iurando
se purgans, cùm nihil apud eos proficeret, peti-
ta dilatione ad inquitendum, iram præsentem
vulgi aliquantiulum fregit; pollicitusq; est, se
ingentibus præmiis cumulaturum eum qui sibi
Lauiniam inuestigasset. mox recuperatam cum
filio in urbem Lauinium reduxit, dilexitq; ho-
nore materno. quæ res rursum ei magnum fa-
uorem populi conciliauit; vt scribunt Caius
Cæsar, & Sex. Gellius in Origine gentis Roma-
næ. At verò alij tradunt quòd, cum Ascanius ab
vniuerso populo ad restituendam Lauiniam co-
geretur, iuraretq; se neq; interemisse, neq; sci-
re vbi esset, Tyrillum petito silentio, in illa con-
cionis frequentia professum indiciū, si sibi, La-
uinieq;, puerοq;, ex ea nato, fides incoluniratis
daretur: tuimq; eum accepta fide Lauiniam in
urbem cum filio reduxisse. Post hæc Ascanius,
completis in Lauvio triginta annis, recorda-
tus nouæ vrbis condendæ tempus aduenisse ex
numero porcorum, quos pepererat sus alba, cit
cuinspectis diligēter finitimi regionibus, spe-
culatus montem editum, qui nunc ab ea vrbe
quæ in eo condita est, *Albanus* nuncupatur, ci-
uitatem cominunit: eamq; ex forina, quòd ita
in longum porrecta est, *Longam*; ex colore suis,
Albam cognominavit. Cumq; illuc simulacra
deorum Penatiū transtulisset, postridie apud
Lauinium apparuerunt: rursusq; relata Albā,
appositisq; custodibus nescio quantis, se Lau-
inium in pristinam sedem identidē receperunt.
Itaq; tertio nemō ausus est amouere ea; vt scri-
ptum est in Annali Pontificum iv.lib.Cincij, &
Cæsaris ii. Tuberonis 1.

¶ At Ascanius postquam excessisset è vita, inter lulum filiū eius, & SYLVIVM POSTHVMVM qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio est, cùm dubitaretur an Æneas filius, an nepos potior esset; permissa disceptatione eius rei ab uniuersis Rex SYLVIVS declaratus est. Eiusdē postei-
ti omnes cognomēto Syluij, vsq; ad conditam Romanam, Albā regnauerunt: ut est scriptū Annalium pontificalium lib. 4.

¶ Igitur regnanie LATINO SYLVIΟ, Coloniz deducēt sūnt Præneste, Tibur, Gabii, Tusculum, Cora, Pometia, Locri, Crustumium, Cameria, Ronilla, ceteraque oppida circum-
quaque:

¶ Post eum regnauit TIBERIVS SYLVIUS, Syluij filius. Qui cū aduersus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter præliantes depulsus in Albulam flumen, deperiit; mutandiq; nominis exstigit causa: ut scribunt Lucius Cincius lib. i. Lucatius lib. 3.

¶ Post eum regnauit REMVLVS SYLVIUS, qui tantæ superbiæ non aduersum homines modò, sed etiam deos fuisse traditur; vt prædicaret se superiorem esse ipso loue; ac tonante cœlo militibus imperaret, vt telis clypeos quaterent; dictaretq; clariorem sonum se facere. qui tamen præsenti affectus est pœnam fulmine ictus, raptusq; turbine, in Albanum lacum præcipitatus est; ut scriptum est Annalium lib. 6. & Epitomarum Pisonis 2. Audius sanè in Epitomis. & Domitius lib. i. nor fulmine ictum, sed terrænotu, plapsuni, simulcum eo regiam in Albanum lacum tradunt.

¶ Post illum regnauit A V E N T I N U S
S Y L V I V S. isq; finitimiis bellū inferentibus,
in dimicando circumuentus , ab hostiis pro-
stratus est ; ac sepultus circa radices montis cui
ex se nomē dedit ; vt scribit Iulius Cæsar lib. 2.

¶ Post cum S Y L V I V S P R O C A S rex
Albanorum, duos filios Numitorēm & Amul-
iūm æquis partibus hæredes instituit. ¶ Tum
A M V L I V S in una parte regnum tanquam
modo, in altera totius patrimonij summam at-
que omnem paternorum bonorum substantiæ
posuit ; fratriq; Numitori, qui maior natu erat,
optionem dedit, vt ex his, vtrum mallet, elige-
ret. N V M I T O R cùm priuatum omne cum
facultatibus regno prætulisset, Amulius regnū
obtinuit, quod vt firmissimè possideret, Numi-
toris fratri sui filium in venando interimen-
dum curauit. tum etiam Rheam Syluiam eius-
fororem, sacerdotem Vestæ fieri iussit ; simula-
to somnio quo ammonitus ab eadem dea esset
vt id fieret : cùm re vera ita faciundum sibi exi-
stimatet; periculosem ducēs, ne quis ex ea na-
seceretur qui auitas persequeretur iniurias : vt
scribit Valerius Antias lib. 1. At verò Marcus
Octavius, & Licinius Macer, tradunt Amulum
patruum Rheæ sacerdotis, amore eius captum,
nubilo cœlo obscuroque aere, cùm primum il-
lucescere cœpisset, in usum sacerorā aquam pe-
tentī insidiatum, in luco Martis compressisse-
eam : tum exactis mensibus geminos editos.
Quod cùm competisse, celandi facti gratia per-
lelus cōcepisti, ne cari iussit sacerdorem, partum
sibi exhiberi, tumq; Numitorēm, spe futurū,
quod si adolewissent, iniuriarū suarū. q

doq; vltores futuri essent, alios p eis subdidisse, illosq; suos veros nepotes Faustulo pastorū magistro dedisse nutriendos. At verò Fabius Pictor lib. 1. & Vennomius, solito institutoqué egressam virginem, in usum sacrorum aquam petitum ex eo fonte qui erat in luco Martis, subitò imbribus tonitribusq; quæ cum illa erat, disiectis, à Marte compressam conturbaramq; mox recreatam consolatione Dei, nomen suum indicantis, affirmantisq; ex ea natos dignos patre euasuros. Primū igitur Amulius rex, vt comperit Rheam Sylviam sacerdotem peperisse geminos, protinus imperavit deportari ad aquā profuentem, atq; eo abijci. Tum illi quibus id imperatum erat, impositos alueo pueros, circa radices montis Palatij in Tiberim, qui tum magnis imbribus stagnauerat, abiecerunt: eiusque regionis subulcus Faustulus, speculatori exponentes, vt vidi relabente flumine alueum, in quo pueri erant, obhæsisse ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quæ repente exierat, primo lambitu eos detersisse, dein leuandorum uberum gratia mammas præbuuisse; descendit ac sustulit, nutriendosque Accæ Laurentiæ, uxori sua, dedit: vt scribūt Ennius lib. 1, & Cesar 2. Addunt quidam Faustulo inspectare, picum quoq; aduolasile, & ore pleno cibum pueris ingessisse: inde videlicet lupum picumque Martiæ tutelæ esse: Arborem quoque illam Ruminalem dictam, circa quam pueri abiecti erant: quod eius sub umbra pecus acquiescens meridie ruminare sit solitum. At verò Valerius tradit, pueros ex Rhea Sylvia natos Amulum regem Faustulo seruo necandos dedisse

disse : sed eum à Numitore exoratum ne pueri
necarentur, Accæ Larentiæ amicæ suæ nutrien-
dos decessisse : quam mulierem , eò quod pretio
corpus esset vulgare solita, *Lupam* dictam. no-
tum quippe ita appellari mulieres quæcumque
corpore facientes : unde & eiusmodi loci in
quibus hæ consistunt, *Lupanaria* dicta. Cum
verò pueri liberalis disciplinæ capaces facti es-
sent, Gabitæ Græcatum Latinarumq; litterarū
ediscendarum gratia commorates; Numitore
auo clam omnia subministrante. Itaque ut pri-
mùm adoleuissent, Romulum indicio educa-
toris Faustuli comperto, qui ubi auus, quæ ma-
ter fuisset, quidve de ea factū esset, cum arma-
tis pastorib. Albam protinus perrexisse, inter-
fectoq; Amulio, N V M I T O R E M auum in
regnum restitutum : R O M V L V M autem à
virium magnitudine appellatum ; nam Græca
Lingua populu virtutem dici certa est : alterū
verò R E M V M dictum; videlicet à tarditate:
quippe talis naturæ homines ab antiquis Re-
mores dicti. Igitur actis quæ supra diximus, re di-
uina facta. eo in loco qui nunc *Lupercal* dicitur,
Iudibundi discurrerunt, pellibus hostiarum
occursantes quoisque sibi metu verberantes: vtq;
folleme sacrificium sibi posterisque id esset,
sanxerunt: separatimque suos appellauerunt;
Remus, *Fatios*: Romulus, *Quintilios*: quorum
nomen etiam in sacris manet. At
verò lib. 2. Pontificalium proditur, missos ab
Amulio qui Remum pecorum pastorem atti-
herent; cum nō auderent ei vim afferre, oppor-
tunum tempus sibi ad insidiandum nactos, quod
tum Romulus aberat, genus lusus simulasse.

quinam eorum, manibus post terga ligatis, lapidem quo lana pēlitari solebat, mordicus sublatum, quām longissimē perferret: tum Remū, fiducia virium, in Auentinum vsq; se perlaturum spōondisse: dein postquā vinciri se passus est, Albam abstractum. Quod postquam Romulus comperisset, coacta pastorū manu, eaque in centenos homines distributa; perticas manipulis fœni variè formatis in summo iunctas dedisse: quò facilius eo signo suum quisq; ducem sequeretur. vnde institutum ut postea milites qui eiusdem signi essent, *Manipulares* dicarentur. Itaq; ab eo, oppresso Amulio, fratrem vinculis liberatum, auum regno restitutum.

E X M A G N I AVRELII CASSIODORI
Chronico ad Theodericum regem.

R E G E S L A T I N I .

Atinus regnauit ann. 32. à quo Latini sunt appellati. Huius imperij anno 25. Troia capta est, ad quem Æneas profugus venit; factusq; gener eius, ei successit in regnum.

Æneas post 8.an. Troiz captz, regnauit in Italia an. 3.

Ascanius filius eius, regnauit an. 38. qui Albanum condidit.

Sylvius, Æneas filius de Lauinia, regnauit ann. 29. Huius temporibus Homerus Poeta suisse memoratur.

Æneas Sylvius, regnauit an. 31. Huius temporibus Ilebraorum rex David Hierosolymis regnauit. Latiquus

DE ITAL. ANTE ROM. 115

Latinus Sylvius regnauit an. 50. *Huius temporibus Amazones Asiam vastauerunt: Carthago condita est à Carchedone Tyrio; ut quidam dicunt. Salomon quoq; filius David, regnans Hierosolymis, semplum famosissimum condidit.*

Alba Sylvius regnauit an. 39.

Egyptus Sylvius regnauit an. 24.

Capys Sylvius regnauit an. 28.

Carpentus Sylvius regnauit an. 13.

Tibetinus Sylvius regnauit an. 8.

Agrippa Sylvius regnauit an. 40.

Aremulus Sylvius regnauit an. 19. *Huius temporib. Lycurgus apud Lacedemonas iura cōposuit.*

Auentinus Sylvius regnauit ann. 37. à quo mons Romanorum, quia ibi sepultus est, nomē accepit.

Procas Sylvius regnauit an. 23.

[**A**milius Sylvius regnauit an. 44.] qui frātrem suum Numitorem regno expulit; [**c**uius tempora isti sunt applicata.]

DE ROMA ET REGIBVS
Romanis, LIB. II.

L. FLORI HISTORIARVM

Lib. I.

PROLOGVS.

OPVLVS Romanus à Rege Romulo in Cesarē Augustum septingentos per annos tantum operum pace belloque gessit, vt si quis magnitudinē imperij cum annis conferat, etateim ultra putet. Ita enim latè per orbem terrarum in arma circumculit, vt qui res eius

legunt, non viuis populi, sed generis humanæ facta discant. Nam tot laboribus periculisque iactatus est, ut ad constituendum eius imperium, contendisse virtus & fortuna videantur. Quare quum præcipue hoc quoq; sicut cætera operæ pretium sit cognoscere, tamē quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerumq; diuersitas aciem intentionis abrumpit; faciam quod solent quæ terrarum situs pingunt; in breui quasi tabella rotam eius imaginē amplectar; nō nihil, ut spero, in admirationē principis populi collatur, & pariter atq; in semet viuensam magnitudinē eius ostendero. ¶ Si quis ergo populum Rom. quasi hominem consideret, rotamq; eius atatē percenseat, ut cœperit, vtq; adoleuerit, ut quasi ad quendam iuuentæ florem peruererit, ut postea velut consenuerit; quæuor gradus progressusq; eius inueniet. Prima etas, sub regibus fuit, prope 250. per annos; quibus circū ipsam matrē suam cum finitimiſ luctatus est. Hęc erit eius infantia. Sequens, à Bruto Collatinoq; cōfulibus, in Appium Claudium Quintiumque Fulvium consules, 250. annos habet; quibus Italiam subegit. Hoc fuit tempus viris armisq; exercitatissimum: ideo quis adolescentiā dixerit. Dehinc ad Cæsarem Augustum 250. anni, quibus totum orbem pacauit. Hic iam ipsa iuventa imperij, & quasi quædam robusta matritas. A Cæsare Augusto in seculum nostrum, sunt nō multi minus anni 200. quibus inertia Cæsarum quasi consenuit atq; decoxit: nisi quod sub Traiano principe mouet lacertos, & prius spem omnium, senectus imperij quasi tardua iumentum senirescit. Hac Florus.

A T nunc ad Reges Romanos, consules, di-
catores, tribunos militares ac plebeios,
subsequentur calatum deducant; vt ab origi-
ne ad tua felicissima secula Romana regimina
et oscas. Igitur Palatino in monte. vbi adulti &
a pastoribus culti gemini erant, auspicato parva
mœnia ponunt; &c, vbi alter alterum non pati-
tur, cui regnandum, augario permitunt. Qua cō-
tentione imperfectū Remum descriptsēt quidam;
aliter alij, quia fertur incepta mœnia cō-
tra edictum transiliasse Remum, à Romulo, cui
regnare obtigerat, secari percussum, & à nomi-
ne cōditoris urbem Romam nuncupatam. Fe-
tunt anno vigesimo secundo ætatis, vndecimo
Calend. Maias, quadringētesimo tricesimo ter-
tio post captam Troiam, Romulū virbis funda-
menta iecisse. Qui primò cōstitutis sacris, legū
iura sanxit; fecit & se regiis insignibus augu-
stiorem; circa se lictores instituit. asylum ape-
ruit complemētū virbis gratia. centum Senatores
creauit; quos Patres auctoritate nuncupauit,
Reipublicæ cōsilium Equestris Neptuno ludos
finitimis gentibus indicauit. Circumstantes po-
puli cum familiis ad urbem, velut ad rem nouā
simul & ludos, conueniunt. Tum ad spectacula
intentis aduenis, raptę virginis Sabinorum, cę-
terarumq; turba, & in matrimonium abductæ.
Raptarum parentes, ad ultionem illati dedecor-
is, arma parant. hinc pleraque bella orta. Cen-
nienses, qui primum in agrum Romanum im-
petum fecerant, vieti sunt, Acrone eorum rege
à Romulo obtuncato, cuius opima spolia in

Capitolium ad quercum pastoribus sacram rex ipse Romanus suspendit; ibi⁹; Ioui Feretrio templum statuit, quod primūm Romæ sacram fuit; & de Cæninensibus primum triumphum egit, ut quibusdam placet scriptoribus. Antemnates exinde populādi gratia hostiliter aduentarunt: qui à Romulo vici, in urbem ducentur. Hinc aduersus Crustuminos subsequenter tumultuantes, in armis Romulus profectus, superatos hostes Romæ cohabitare coeredit. Cum Sabinis ultima & actior pugna fuit, nam ab his, Tito Tatio duee, Capitolij arce capta, mox virtute Romuli recuperata, interuenitu raptarum, miserando fletu implorantium, pacatis vtrīmq; animis, pax fit, & ex duobus regnis vnum. Namque Sabini eorum imperium Romam traducunt; & sub duobus regibus, Romulo & Tito Tatio, commune dominium per aliquot annos fuit. Sed primò Tatius moritur à Laurentibus interfactus, anno quinto postquam Romæ regnare cœperat. Superfuit Romulus; qui demum victis Fidenatibus ac Veientibus, ad Capre⁹ paludem concione habita, subito turbine & imbre lumine Solis adempto, inter fulgura obstrepētia cœli creptus, nusquam apparuit, postquam triginta & septē regnauerat annis. *Messala Corvinus lib. de proge-
nie Augsti.*

VRbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatū. Opima spolia Ioui Feretriolata. In centurias populus diuisus. Fidenates & Veientes vici. Romulus consecratus. *Epitome
major Liu⁹ lib. i.*

¶ Primus ille & urbis & imperij cōditor Ro-
mulus,

mulus, fuit à Marte genitus, & Rhea Sylvia. Hoc
 de se Vestæ sacerdos grauida confessa est; nec
 mox fama dubitauit, cum Amulij imperio ab-
 iectus in profluentē cuin Remo fratre, non po-
 tuit extingui. Siquidem & Tiberinus amnem
 repressit; & relictis catulis lupa vagitum secu-
 ta, vbera admouit infantibus, matremq; se ges-
 sit. Sic repertos apud arborem Faustulus regis
 pastor tulit in casam, atq; educauit. Alba tunc
 erat Latio caput, Iuli opus: nam Lauinium pa-
 tris Aeneæ contempserat. Ab his Amulius iam
 bis septima sobole regnabat, fratre pulso Nu-
 mitore, cuius ex filia Romulus. Igitur statim
 prima iuuentæ face patruum Amulium ab arce
 deturbat, avum reponit: ipse, fluminis amator
 & montium, apud quos erat educatus, mœnia
 nouz vrbis agitabat. Gemini etant. vter auspi-
 caretur & regeret, adhibere placuit deos. Re-
 mus, montem Auentinum; hic, Palatinum oc-
 cupauit: prior ille, vi. vultures; hic postea, sed
 xii. vidit. Sic victor augurio vrbem excitat,
 plenus spei bellatricem fore: ita illi assuetæ
 sanguini & præde aues pollicebantur. Ad tute-
 lam nouz vrbis sufficere vallū videbatur: cuius
 dum irridet angustias Remus, idque increpat;
 saltu dubium, an iussu fratri, occisus est. prima
 certè victima fuit munitionemque vrbis nouz
 sanguine suo consecrauit. Imaginē vrbis magis
 quā vrbem fecerat. incolæ deerant. erat in pro-
 ximo lucus. hunc Asylum facit: & statim mira
 vis hominum; Latini, Tusciique pastores; qui-
 dam & transmarini, Phryges, qui sub Aenea;
 Arcades, qui sub Euandro duce influxerant.
 Ita ex variis quasi clementis cōgregauit corpus

vnum, populumque Romanum ipse fecit. Res erat vnius aetatis. Populus virorum. itaque matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabatur, manu capta sunt. simulatis quippe ludis equestribus, virgines quæ ad spectaculum venerant, præda fuere: & hæc statim causa bellorum. Pulsæ fugatiq; Veientes. Cæninenium caput ac dirutum est oppidum: spolia insuper opima de rege, Feretrio Ioui manibus suis rex reportauit. Sabinis proditæ portæ per virginem; nec dolo; sed puella pretium rei, quæ gerebant in sinistris, petierat; dubium clypeos, an armillas. illi, ut & fidem soluerent, & vlciscerentur, clypeis obruere. Ita admissis ad moenia hostibus, atrox in ipso aditu pugna, adeo ut Romul^b Iouem oraret, ut foedam suorū fugam sisteret. Hic templum est, & *Stator* Iupiter. Tandem sanguinibus interuenere raptæ laceris comis. Sic pax facta cum Tatio, foedusque percussum, secutaque res mira dictu, ut relictis sedibus suis, nouam in urbem hostes demigrarent, & cum generis suis auitas opes pro dote sociarēt. Autem breui viribus, hunc rex sapientissimus statum Reipubl. imposuit, ut iuuentus diuisa per tribus, in equis & in armis ad subita belli excubaret: consilium Reipublicæ penes senes esset, qui ex auctoritate, *Tarres*, ab aetate, *Senatus* vocabantur. His ita ordinatis, repente, cum conditionem haberet ante urbem apud Capræ paludem, è conspectu ablatus est. Discerptum aliqui à senatu putant ob asperius ingenium: sed ob orta tempestas, Solisque defectio, consecratio nisi speciem præbuere: cui rei inox Julius Proculus fidem fecit, vñsum à se Romulum affi-

DE ROMA ET REGIB. ROM. 121
mansæ augustiore forma quam fuisset: manda-
re ratere ut se pro numine acciperent: Qui-
num in cœlo vocari placitum diis: ita gen-
tium imperio Roma potiretur. Hac Florus i.c.e.

E V T R O P I I V. C. BREVIARIVM
Historiæ Romanæ ab urbe condita
ad annum Vrbis

1109.

DOMINO VALENTI GOTHICO
maximo perpetuo Augusto,

Res Romanas ex voluntate mansue-
tudinis tuæ ab Urbe condita ad
nostram memoriam, quæ in nego-
tiis vel bellicis vel ciuilibus emi-
nebant, per ordinem temporum
breui narratione collegi; strictim additis etiam
iis quæ in principum vritis egregia extiterunt,
ut tranquillitatis tuæ possit mens diuina latari,
prius se illi istrum virorum facta in admini-
strando imperio sequutam, quam cognosceret
lectione.

EUTROPII BREVIARII
Liber Primus.

Romanum imperium, quo neque
ab exordio ullum ferè minus neq;
incrementis toto orbe amplius hu-
mana potest memoria recordari, à
ROMULO exordium habet: qui
Vestalis virginis filius, & (quantum putatus
est) Martis, cum Remo fratre, uno partu editus
est. Is, cum inter pastores latrocinaretur, octo-

decim annos natus, urbem exiguam in Palatino monte constituit, xi. Kal. Maij, Olympiadis sextæ anno tertio, post Troiæ excidium, ut qui plurimum minimumq; tradunt, trecentesimo nonagesimo quarto. Condita ciuitate, quam ex nomine suo Româ vocauit, hæc fere egit. Multitudinem finitimarum in ciuitatem recepit: centum ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret: quos *Senatores* nominauit propter senectutem. Tunc, cum uxores ipse & populus suus non haberent, inuitauit ad spectaculum ludorum vicinas urbis Romæ nationes; atq; earum virgines rapuit. Commotis bellis propter raptarum iniuriam, Cænenses vicit, Antemnates, Crustumios, Sabinos, Fidenates, Veientes. hæc omnia oppida Urbem cingunt. Et cum orta subito tempestate non comparuisse, año regni trigesimo septimo, ad deos transisse creditus, cōsecratus est. Deinde Romæ per quinos dies Senatores imperauerunt: & his regnantibus annus unus completus est. *Ex propg*
lib. i. breuiar.

Cum igitur inter se Romulus & Remus de cōdenda vrbe tractaret, in qua ipsi pariter regnarent; Romulusq; locum qui sibi idoneus videretur, in monte Palatino designaret, Remusq; appellari vellet; contraq; item Remus in alio colle, qui aberat à Palatio milibus quinque; eundemq; locū ex suo nomine *Remurianum* appellaret; neq; ea inter eos finiretur contentio: auo Numitore arbitro adscito, placuit disceptatores eius controversia immortales deos sumere; ita ut vtri eorum priori secunda auspicia obueniçent, urbem conderet; eamq; ex suo nomine

nomine muncuparet; atq; in ea regni summam terneret. Cumq; auspicaretur Romulus in Palatio, Remus in Aventino, sex vultures pariter volantes, à sinistra Remo prius visos: tumque ab eo missos qui Romulo nuntiarent, sibi iam data auspicia quibus cōdere urbem iuberetur: itaq; maturaret ad se venire. cuniq; ad eum Romulus venisset, quæsisissetq; quænam illa auspicia fuissent, dixissetq; ille, sibi auspicati sex vulturios simul apparuisse: *At ego, inquit Romulus, iam tibi duodecim demonstrabo: ac repētē duodecim vultures apparuisse, subsequuto cœli fulgore pariter tonitruque.* Tum Romulus: *Quid, inquit, Reme affirmas priora, cūm præsentia intuearis?* Remus, postquā intellexit sese regno fraudatum; *Multa, inquit, in hac urbe temere sperata atq; presuma, felicissimè prouentura sunt.* At verò Licinius Macer lib. i. docet contentionis illius perniciosum exitum fuisse. namq; ibidem obstantes Remum & Faustulum interfectos. Contrà Egnatius lib. i. in ea contentione non modò Remum non esse occisum, sed etiam viterius à Romulo vixisse tradit. Sed horum omnium opinionib. diuersis repugnat nostræ memoriz proclamans historia Liuiana, quæ testatur quod auspicato Romulus ex suo nomine *Romam* vocauit: cumq; muniret moenibus, edixit ne quis vallum transuliret: quod Remus irridens transiliuit, & à Celere centurione rastro vel rastro fertur occisus. Romulus asylum conucriis, &c. *Hac Sext. Aurelius Victor libello de urbis Romæ origine.*

Romulus asylum conuenis patefecit, & magno exercitu facto, cum videret coniugia cœsse, per legatos à finitimis ciuitatibus petiit. Quibus negatis, Iudos *Consualia* simulauit: ad quos cum utriusque sexus multitudo venisset, dato suis signo virgines raptæ sunt: ex quibus cum una pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur, Thalassio eā duci responsum. Quæ nuptiæ quia feliciter cesserūt, institutū est ut omnibus in nuptiis *Thalassij* nomen inuocaretur. Cum foeminas ergo finitimarum Romani vi rapuissent, primi Cæninenses contra eos bellum sumserunt. aduersus quos Romæ processit, & exercitum eorum, ac ducem Attonem singulati prælio deuicit: Spolia opima Ioui Feretrio in Capitolio consecravit. Antennates, Crustumini, Fidenates, Veientes, Sabinæ etiam, ob raptas bellum aduersus Romanos sumserunt. & cum Romæ appropinquarent, Tarpeiam virginem nacti, quæ aquæ, causa sacrorum, hauriendæ descenderat, ei T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitū suum in Capitolium perduxisset. illa petiit quod illi in sinistris manibus getebant: videlicet anulos & armillas. quibus dolosè reprobmissis. Sabinos in arcem perduxit. ubi Titus scutis eam obrui præcepit nam & ea in lauis habuerant. Romulus aduersus Tatium, qui montem Tarpeium tenebat, processit: & in eo loco ubi nunc Romanum forum est, pugnam conseruit. ibi Hostius Hostilius fortissimè dimicans cecidit: cuius interitu consternati Romani, fugere coepiunt. Tunc Romulus Ioui Statori ædem votum: & exercitus seu forte, seu diuinitus restitit.

Tunc

Funeraptæ in medium processerunt: & hinc patres, inde coniuges deprecatae, pacem conciliarunt. Romulus fœdus percussit, & Sabinos in urbem recepit: populum à Curibus oppido Sabinorum *Quirites* vocauit. Centum Senatores, à pietate Patres appellauit. Tres equitum centurias instituit; quas à suo nomine *Ramnenses*, à Tito Tatio *Tatienses*, à Lucumone *Luceres* appellauit. Plebē in triginta curias distribuit, easque raptarum nominibus appellauit. Cum ad Capræ paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit. unde inter Patres & populum seditione ortæ, Iulius Proculus, vir nobilis, in concionem processit, & iureiurando firmavit. Romulum à se in colle Quirinali visum, angustiore forma, cum ad deos abiret: eundem que præcipere, ut seditionibus abstinerent, virtutem colerent: futurum ut omnium gentium domini exsisterent. Huius auctoritati creditum est: ædes in colle Quirinali Romulo constituta: ipse pro Deo cultus, & *Quinus* est appellatus. *Hac Sext. Aurel. Victor libro de viris illust.*

Romulus regnauit annos xxxviii. à quo Roma condita est, & ex Latinis Romani sunt nuncupati. Hic primum centum constituit Senatores. [Huius temporibus Syracuse & Catina in Sicilia condita sunt.] Ex Magni Aurelii Cassiodori Chronico ad Theodosicum Regem.

GNUMA II.

Numa exinde POMPILIVS, è Sabinis ortus, vir pietate & iustitia insignis, secundus à Romalo regnat: & pacatis finitimorum eius gemini laui templum edidit: quod aper-

tum, bella: clausum, quietem indicaret. Mox ad religionem conuersus, vt deorum timor ad mitiora truces flecteret animos, sacra instituit, sacerdotes creat, Virgines Vestales sacrat, Pontificem maximū primus declarat: dies fastos nefastosque condidit, annum in duodecim menses diuisit. Postremò, vbi maxima cum reuerentia & suorum & finitimarum, tres & quadraginta regnasset annos, obiit. *Messala Corvin. lib. de progen. August.*

Numa Pompilius titus sacerorum tradidit, Ianino templum constituit: eiusq; portam pacatis omnibus circè populis primus clausit. Cum Dea Ægeria sibi cōgressus nocturnos esse simulans, feroce populi animos ad religionem perpulit. *Epitemator Liuÿ lib. i.*

Succesit Romulo NVM A POMPILIVS: quem Curibus Sabinis agentem, vltro petiuere, ob inclytam viri religionem. Ille sacra & ceremonias, omnemq; cultum deorum immortalium docuit, ille Pontifices, Augures, Saliros, cæterosque per sacerdotia: annum quoq; in XII menses, fastos dies, nefastosque, descripsit. ille Ancilia atque Palladium, secreta quædam imperij pignora: Ianumque geminum, fidem pacis ac belli: in primis focum Vestæ virginibus colendum dedit: vt ad similitudinem cœlestium siderum, custos imperij flamma vigilaret. Hæc omnia quasi monitu deo Ægeriæ, quod magis barbari acciperent. Eò denique ferociæ populum rededit, vt quod vi & iniuria occupauerat imperium, religione atque iustitia gubernaret. *Hæc Florus i.c.i.*

Postea

Postea NVM A POMPILIVS rex creatus est: qui bellum nullum quidem gessit, sed non minus ciuitati quam Romulus prae- fuit. Nam & leges Romanis, moresque consti- tuit: qui consuetudine præliorum iam latro- nes ac semibarbari putabantur. Annum descri- psit in x menses, prius sine aliqua computatio- ne confusum: & infinita Romæ sacra ac tem- pla constituit. Morbo decessit, quadragesimo tertio imperij anno. *Hæc Eutrop. i. Breuiary.*

Post consecrationem Romuli, cum diu in- terregnū esset, & dissensiones ori- entur, Numa Pompilius, Pomponis filius, Curibus oppido Sabinorum accitus, cum addicentibus aubus Romam venisset, ut populum ferum religione molliret, sacra plurima instituit: æ- dem Vestæ fecit; virgines Vestales legit: Flami- nes tres, Dialem, Martialem, Quirinalem; Sa- lios Martis sacerdotes, quorum primus *Tresul* vocatur, xii instituit: Pontificē Maximum crea- uit. Portas Iano gemino ædificauit. Annum in xii menses distribuit, additis Ianuario & Fe- bruario. Leges quoque plurimas & utiles tu- lit: omnia que gerebat, iussu Ægerix nymphæ, uxoris suæ, se facere simulans. Ob hanc tantam iustitiam bellum ei nemo intulit. Morbo solu- tus, in Iasiculo sepultus est: ubi post multos annos arcula cum libris à Terentio quodam exarata: qui libri, quia leueis quasdam sacro- rum causulas continebant, ex auctoritate Pa- trum cremati sunt. *Sext. Aurel lib. de viris illustribus.*

NUMA POMPILIVS regnauit an. xl. qui duos menses anno addidit, Ianuarium & Februarium: cum ante hunc x tantum menses

apud Romanos fuissent. Capitolium quoque à fundamentis construxit. [Cuius etiam temporibus Sibylla in Samo insignis habita est.] Hac Casiodorus in Chronicō.

TULLVS HOSTILIVS III.

Tius creatur, ad bella promptissimus, animosior Romulo. cum Albanis armorum negotium habuit, sed paucorum cruore ac fortuna finitum. nam trigeminis Horatiis Romanorū, & trigeminis Curiatiis Albanorum res hoc fœdere committitur, ut ciuitas pro qua pugnant qui vicissent, alteri imperaret. vicerunt Horatij. Albani sub imperio Romano fuere. Fideates ac Veientes proinde in agrū Romanum impetum faciunt. quibus victis ac fugatis. Mezium Albanorum dictatorem, quia ex fœdere in armis accitus, proditor rem Romanam maximo in discrimine absentādo deseruerat, Tullus quadrigis in diuersum actis alligatum discripsi. Albamq; dirui, ac omnes Albanos Romanam deuehi iussit. Ceilium mōtem intra mœnia clausit, numero & potentia crescente Roma. Cum Sabinis, qui patriis in sedibus T. Tauri; tempore manserant, bellum graue gessit, horumq; vicit. Demum fulminis ictu cum tota domo absemptus, anno regni tricesimo secundo interiit. *Messal. Coruin. lib. de progenie August.*

Tullus Hostilius Albanos bello petiit. Post hæc tergeminorum pugna Horatius absatus. Metij Suffetij supplicium. Alba diruta. Albani in ciuitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremum fulmine Tullus absemptus est. *Epizemaror Linij lib. 1.*

EXCIPIT POMPILIJ NUMAM TVLLVS HO
ESTILIVS, cui in honorem virtutis, regnum
 vltro datum. Hic omnem militarem discipli-
 nam, artemq; bellandi condidit. Itaq; mirum
 in modum exercita iuuentute prouocare ausus
Albanos, grauem & diu principem populum.
 Sed quum pari robore frequentibus præliis v-
 triq; comminuerentur, misso in compendium
 bello, Horatiis Curatiisq; tergeminis hinc at-
 que inde fratribus, vtriusq; populi fata cōmis-
 sa sunt. Anceps & pulchra contentio, exituq;
 ipso mirabilis, tribus quippe illinc vulneratis,
 hinc duobus occisis, qui supererat Horatius,
 addito ad virtutē dolo, vt distraheret hostem,
 simulat fugam, singulosque, prout sequi pote-
 rāt, adortus, exsuperat. Sic (rarum alias decus)
 vnius manu parta victoria est. quam ille mox
 parcidio fœdauit. sicutē spolia circa se sponsi
 quidem, sed hostis, sororem viderat: hunc tam
 immaturum virginis amorem vltus est ferro.
 Cituere leges nefas; sed abstulit virtus parci-
 cidam, & facinus intra gloriam fuit. Nec diu
 in fide mansit Albanus. Nam Fidenati bello
 missi in auxilium ex fœdere, medijs inter duos
 expectauere fortunam. Sed rex callidus, vbi
 inclinare se socios ad hostem videt, tollit ani-
 mos, quasi ipse mandasset: spes inde nostris,
 metus hostibus. Sic fraus proditorū irrita fuit.
 Itaque hoste victo, ruptorem fœderis Metiūn.
 Fufetium religatum inter duos currus, peini-
 cibus equis distrahit: Albamque ipsam, quam-
 uis parētem, & mulam tamen, diruit: cū prius
 omnes opes vrbis, ipsumq; populum Romam
 transtulisset: protus ut consanguinea ciuitas

130 H I S T . A N T R Q . L I B . I I I .
non periisse, sed in suum corpus rediisse rursus
videretur. *Hac Florus s.c.3.*

Hic successit TULLVS HOSTILIVS.
Hic bellare reparauit; Albanos vicit, qui ab
vrbe Roma xii milliario sunt. Veientes & Fi-
denates, quorum alij sexto milliario absunt ab
vrbe Roma, alij octavo decimo, bello supera-
uit. Vrbem ampliauit, adiecto Caelio monte,
Cum triginta duobus annis regnasset, fulmine
ictus, cum domo sua arsit. *Eurrop. lib. i. breuiar.*

TULLVS Hostilius, qua bona in operam
aduersum Sabinos nauaretat, rex creatus,
bellum Albanis indixit; quod trigerminorum
certatione finiuit: & Albam propter perfidiam
ducis Metij Fufetij diruit, Albanos Romam
transire iussit. Curiam Hostiliam constituit.
Montem Caelium vrbi addidit. Et dum Numa
Pompilium sacrificiis imitatur, Ioui Elio li-
tare non potuit, fulmine ictus cum regia con-
flagravit. *Sext. Aurel. lib. de viris illustr.* ¶ Quum
inter Romanos & Albanos bellum fuisset ex-
ortum, ducibus Hostilio & Fufetio, placuit rem
paucorum certatione finire. Erant apud Ro-
manos trigesimi Horati, tres apud Albanos
Curiati, quibus foedere isto concurrentibus,
statim duo Romanorum ceciderunt, tres Al-
banorum vulnerati. Unus Horatius, quamuis
integer, quia tribus impar erat, fugam simula-
uit, & singulos per interualla, ut vulnerum do-
lor patiebatur, insequentes, interfecit. & cum
spoliis onustus, rediret, sororem obuiam ha-
buit: quaz viso paludamento sponsi sui, qui vr-
bus ex Curiatiis erat, atere coepit: frater eam
occidit. Quare apud Duumvirq[ue] condemna-

nas, ad populum provocauit: ubi patriis lacry-
mis condonatus, ab eo expiandi gratia sub ti-
gillum missus, quod nunc quoque viæ suppo-
litum, Soterium appellatur. *Sext. Aurel. lib. 1. de
viro illustr.* ¶ **METIVS** Fufetius dux Alba-
norum, cum se inuidiosum apud ciueis vide-
ret, quod bellum sola trigeminorum certatio-
ne finisset, ut rem corrigeret, Veientes & Fide-
nates aduersum Romanos incitauit. ipse ab
Tullo in auxilium accessitus, aciem in collem
subduxit: ut fortunam belli experiretur ac se-
queretur. Quare Tullus intellecta magna voce
xit, suo illud iussu Metium facere. quare hostes
territi viciq; sunt. Postera die Metius, cum ad
gratulandum Tullo venisset, iussu ipsius qua-
drigis religatus, & in diversa distractus, est.
Sext. Aurel. lib. de viris illustr.

TULLVS HOSTILLIVS regnauit ann.
xxxii, qui primus apud Romanos purpu-
ra usus est: [cuius temporibus Chalcedon conditur,
& Byzantium, quae nunc Constantinopolis appella-
tur.] *Cassiodorus in Chronica*

¶ **ANCUS MARCIVS IIII.**

A NCUS MARCIVS Tullo successit, vir-
pace & bello clarissimus. Ad arma & reli-
gionem paratus, ad sacra primū & templa con-
denda ornandaq; animum flexit. Mox quum
res postulareret, à sacris ad arma concitus, aduer-
sus Latinos, qui primò in eum meuerant bella,
se contulit, & Politorium unicum Latinorum
præsidium expugnat ac diruit: omnesq; in op-
pido repertos. Romæ cohabitando destinar.
Ianiculum collem urbi adiecit, pontem subli-
cium supra Tiberim fecit: tunc **Quiritiu[m] fas-**

sa per plana deducta, carcerem primus struxit.
vsque ad mare dilatati fines: vbi Tibris in æ-
qua prorumpit. Ostia vrbs condita, & Salinæ
circumlatæ. Feretrij Louis templum am-
pliatum. Decessit Ancus anno regni vicesimo
quarto. *Messal Coruin lib. de progenie August.*

Ancus Martius ceremonias à Numa institu-
tas renouauit. Latinis victis, & ad ciuita-
tem ascitis montem Auentinum assignauit.
Politorium vrbum Latinorū bello repetitam,
quam Prisci Latini occupauerant, diruit. Pon-
tem sublicium in Tiberim fecit. Ianiculum
collem vrbi addidit. Fines imperij protulit. O-
stiam condidit. Regnauit annos xxxiii. legen-
dum est xxviii. *Epitomator Liuij lib. 1.*

ANCVS deinde MARCIVS, nepos ex
filia Pompilij, pari ingenio. Hic igitur &
mœnia muro amplexus est, & interfluentem
vrbi Tiberim ponte commisit: Ostiamque in
ipso maris fluminisque confinio coloniam po-
suit: iam tum videlicet præsagiens animo, fu-
turum ut totius mundi opes & commeatus il-
lo veluti maritimo Vrbis hospitio reciperen-
tur. *Florus lib. 1. c. 4.*

Post hunc ANCVS MARCIVS, Numæ
ex filia nepos, suscepit imperium. contra
Latinos dimicauit: Auentinum montem ciuita-
tati adiecit, & Ianiculum: apud Ostiam ciuita-
tem supra mare sexto decimo miliario ab vrbe
Roma condidit. vigesimo quarto anno impe-
rij morbo periit. *Eutrop. lib. 1. breuiar.*

ANCVS Marcius, Numæ Pompilij ex filia
nepos, æquitate & religione auo similis,
Latinos bello domuit. Auentinum & Ianicu-
lum

Ium monteis vrbi addidit. Noua mœnia oppido circumdedit. Sylvas ad vsum nauium publicauit. Salinarum vestigal instituit. Carcerem primus ædificauit. Ostiam coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in ostia Tiberis deduxit. Ius fetiale, quo legati ad res repetundas vterentur, ab Aequiculis transtulit: quod primus fertur Rhesus excogitasse. His rebus intra paucos dies confectis, immatura morte præreptus, non potuit præstare qualem promiserat regem. *Sext. Aurel. lib. de virt. illustr.*

ANCVS MARCVS regnauit an. xxiii. qui sextodecimo miliario ab vrbe Roma Ostiam condidit. *Cassiodorus in Chronico.*

GTARQVINIUS PRIMVS,
seu Priscus V.

PRISCVS TARQVINIVS, à Tarquiniiis Etruriz profectus, exinde regnum occupat. cum Latinis is primum bellua habuit: & Appiola vrbe expugnata, ingenti præda vitor rediit. ludos instituit: Circum erexit, aduersus Sabinos centurias auxit: quibus industria ac viribus superatis, arma cruenta hostium in Anienem flumen eiicere fecit. quæ ex Aniene in Tiberim deuecta, summa victoriz nuntium Romæ detulere. Iterum eisdem hostibus secundo prælio attritis, Collatiam oppidum sui iuris fecit. Romam regressus, insigni gloria primus triumpfat, ut quidam volunt: cum Priscis Latinis bello orto pugnauit: quibus deuictis, pacem dedit, vi & armis oppidis captis, Corniculo, Ficulnea, Cameria, Crustumerio, Ameriola, Medullia, & Nomento. Demum ad ædifica publica intentus, muro lateritio cir-

cuit urbem: valles interiacentes collibus, catenaque loca limosa, & sordibus repleta, cloacis vacuat. In Capitolio Louis ædem grande opus, incepit: tum imperfectus à duobus Anci filiis, obiit anno regni tricesimo septimo. *Messal. Coruin. lib. de progen. Auguft.*

EO regnante Lucumo Damarati Corinthij filius a Tarquiniis, Etruriaz ciuitate, Romā venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinij nomen fere coepit, & post mortem Anci regnum excepit. Centum additis patram numerum auxit. Latinos subegit. Circum designauit. Ludos edidit. Sabinorum bello petitus, equitum centurias ampliauit. Tentandæ scientiaz causa Attij Nauij auguris consuluisse fertur, an id, de quo cogitaret, effici posset. quod cum ille fieri posse respondisset: iussisse cum nonacula cotem præcidere: idq; protinus ab Attio factū. Sabinos præterea acie vicit. Urbem muro circumdedidit. Cloacas fecit. occisus est ab Anci filiis, cum regnasset annos xxxviii. *Epiromator Liuij lib. 1.*

TA R Q V I N I V S postea PRISCVS, quamvis transmarinæ originis, regnum vitio petens, accipit ob industriam atq; elegantiam: quippe qui otius undus Coriatho, Græcum ingenium Italicis artibus miscuisset. Hic & senatus maiestatem numero ampliauit, & centuriis tribus auxit: quamvis Attius Neptius numerum augeri prohiberet, summus augur: quem rex in experimentum rogauit, fierine posset quod ipse mente conceperat. ille rem expertus augurio, posse respondit. *Arqui hoc, inquit, agitabam, an coram istam secare nonacula possem.* Augur.

Augur, Potes ergo, inquit, & secuit. Inde Romanis sacer auguratus. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. xii namque Tusciæ populos frequentibus armis subegit: & inde Fasces, Trabeæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamenta, Prætexta: inde quod aurato curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ, tuniceæque palniataæ: omnia denique decora & insignia quibus imperij dignitas eminet. *Flo-*
tus sic.

DEINDE regnum PRISCVS TARQVI-
NIVS accepit. Hic numerum Senatorum
duplicauit: Circum Romæ adificauit: ludos Ro-
manos instituit, qui ad nostrâ memoriam per-
manent. Vicit idem etiam Sabinos: & non pa-
rum agrorum, sublatum iisdem, urbis Romæ
territorio adiunxit, primusque triumphans ur-
bem intravit: muros fecit, & cloacas: Capito-
lium inchoauit. trigesimo octavo imperij an-
no per Anzi filios occisus est, regis eius cui ip-
se successerat. *Eutrop. lib. i. breuiar.*

LVCIVS Tarquinius Priscus, Damareti
Corinthij filius, eius qui Cypseli tyranni-
dem fugiens, in Etruriam commigravit: ipse
Lucumo dictus, urbe Tarquinii profectus, Ro-
manam petiit. Aduersi et aquila pileum sustulit:
& cum altè subuolasset, reposuit. Tanaquil cō-
iux, auguriorum perita, regnum ei portendi in-
tellexit. Tarquinius pecunia & industria digni-
tatem, atque etiam Anzi regis familiariatem
consecutus est. à quo tutor liberis felicitus, re-
gnum intercepit, & ita administravit, quasi iu-
re adeptus fuisset. Centum Patres in Curiam
legit, qui minorum gentium sunt appellati. *E-*

quitum centurias numero duplicauit: nomina
mutare non potuit, Accij Nauij auguris aucto-
ritate deterritus; qui fidem artis suæ nouacula
& cote firmauit. Latinos bello domuit. Circu-
maximum ædificauit. Ludos magnos instituit.
De Sabinis & Priscis Latinis triumphavit. Mu-
rum lapideum vrbi circumdedit. Filium xiiij.
annorum, quod in prælio hostem percussisset,
prætexta & bullæ donauit: vnde hæc ingenuorū
puerorum insignia esse cœperunt. Post ab An-
ci liberis, immissis percussoribus, per dolum
regia excitus & imperfectus est. *Sext. Aurel.*
lib. de viris illustrib.

TARQVINIVS PRISCVS regnauit
annis xxxvii. [Huius temporibus Massilia in
Gallia condita est.] *Cassiodorus in Chronico.*

SE R V I V S T V L L I V S VI.

SE R V I V S T V L L I V S post hunc rex de-
claratur, ex captiuâ & nobili fœmina à Cor-
niculo oppido grauida educta, in domo Tarqui
nati natus & adultus. cum Veientibus & Etruscis
primum bellum sumpsit: quibus fortissimè vi-
ctis, insignis gloria victor rediit. Censum pri-
mus instituit, quo & paci & bello opportuna
redimerentur. In classes centuriasque popu-
lum diuisit. Domi paci tranquillæ, & foris in
armis quod necesse fuerat, sollertissima statuit
industria. Ciues omnes, pedites equitesque,
qui arma ferre possent, in campum Martium
conuenire edicto iussit; ibique exercitum in-
structum ordine, porco, ome, & taurō, lustrat.
Inde ad posteros *Lustrum* nuncupatum: quo o-
ctoginta milia ciuium censa referuntur. Due
celles urbi tum additi, Viminalis & Quirinalis,
& Eg-

DE ROMA ET REGIB. ROM. 137
& Exquilię, vbi ipse regiam habuit. Aggere, fossa, & muro, quæ vrbi adiecerat, circumclusit. Diana templum condidit. Postremo à Lucio Tarquinio Prisci Tarquinij filio, & genero suo, anno regni tricesimo quarto, in vico Cyprio obtruncatur. *Messala Corvinus lib. de progenie Augusti.*

Succesit ei Seru. Tullius, natus ex captiuā nobili Corniculana, cui puerō adhuc in cūbis posito caput artisſe traditum est. Veientes atque Etruscos prælio fudit. Censum primus omnium egit. Lustrum condidit, quo censa octoginta milia esse dicuntur. Classes centuriasque descripsit. Pomceriū protulit. Colles vrbj, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumque adiecit. Templum Diana cum Latinis in Auentino fecit. Interfectus est à L. Tarquinio Prisci filio, consilio filiæ suæ Tulliæ, cùm regnasset annos XXXIII. *Epitomator Liuji lib. 1.*

SERVIVS TVLLIVS deinceps gubernacula vrbis inuadit: nec obscuritas inhibuit, quamuis matre serua creatum. Nam ob eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat: & clarum fore, visa circa caput flamma, promiserat. Ergo inter Tarquinij mortem, admittente regina, substitutus in locum regis quasi ad tempus, regnum dolo partum sic egit industria, ut iure adeptus videretur. Ab hoc Populus Romanus relatus in censum, digestus in classes, curiis atque collegiis distributus. Summaque regis solertia ita est ordinata Respublica, ut omnia patrimonij, dignitatis, x-ratibus, artium, officiorumque discrimina in tabulas referentur, ac si maxima ciuitas minimas

domus diligentia contineretur. *Florus* i. c. 6.

Post hunc *Seruius Tullius* suscepit imperium, genitus ex nobili fœmina, captiua tamē, & ancilla. Hic quoq; Sabinos subegit: mōtes tres, Quirinalem, Viminalem, & Esquilinum, urbi adiunxit, fossas circum murum duxit. primus omnium censum ordinauit; qui adhuc per orbē terrarū incognitus erat. Sub eo Roma omnib. in cēsum delatis, habuit capitū LXXXIIII. millia ciuium Romanorū cum his qui in agris erant. Occisus est XLV. imperij anno, scelere generi sui Tarquinij, filij eius regis cui ipse successerat; & filiæ suæ, quam Tarquinius habebat uxorem. *Eutropius lib. i. Breuiary.*

Seruius Tullius, P. Corniculani & Octaviae cœptiux filius, cùm in domo Tarquinij Priscā educaretur, flammæ species caput eius amplexa est. Hoc viso Tanaquil summam ei dignitatem portendi intellexit. coniugi suasit ut ita eum, ut liberos suos, educaret. cumq; adoleuisset, gener à Tarquinio assunitus est. & cùm rex occisus esset, Tanaquil ex altiore loco ad populum despiciens, ait Priscum Tarquinium graui quidem; sed non lethali vulnera accepto, petere ut interim dum conualescit, Seruius Tullio dicto audientes essent. Seruius Tullius quasi precariò regnare cœpit: sed rectè imperium administravit. Etruscos s̄epe domuit: collēm Quirinalem & Viminalem & Esquilias urbi addidit: aggerem fossasque fecit. Populum in quatuor tribus distribuit: ac post plebi distribuit annonam: mensuras, pondera, classes & centuriasq; constituit. Primus omnium cen-

sum

sam ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Latinorum populis persuasit, ut exemplo eorum qui Dianae Ephesiae aedem fecissent, & ipsi aedem Diana in Aventino edificarent. Quo facto, bos cuidam Latino mirae magnitudinis nata, & responsum somnio datum, eum populum summam imperij habiturum, cuius ciuiis bouem illam immolasset. Latinus bouem in Aventinum egit, & causam sacerdoti Romano exposuit. ille, callidus, dixit prius eum viuo flumine manus abluerere debere. Latinus dum ad Tiberim descendit, sacerdos bouem immolauit. Ita imperium ciuibus, sibi gloriam facto consilioq; vindicauit. *Sextus Aurelius lib. de viris illustr.* ¶ *Seruius Tullius* filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinij Prisci filios pari animo videret, ut omnium mentes morum diuersitate leniret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites, seu forte, seu fraude perierunt: feroce, morum similitudo coniunxit. Statim Tarquinius Superbus a Tullia incitatus: aduocato Senatu, regnum paternum repetere coepit. Quare audita Seruius, dum ad eum properat, iussu Tarquinij gradibus deieques; & domum refugiens, imperfectus est. Tullia statim in forum properauit, & prima coniugem regem salutauit: a quo iussa est turba descendere, cum domum rediret, viso patris corpore, mulionem euitantem, super ipsum corpus carpentum agere præcepit: unde vicus ille, *Sceleratus* dictus est. Postea Tullia cum coniuge in exilium acta. *S. Aurel. lib. de viris illustr.*

SERVIVS TVLLIVS regnauit an. xxxiiii. qui primus censum instituit ciuium Romanorum. [Huius temporibus apud Persas Cyrus primum regnare cœrit.] Cassiodorus in Chronico.

TARQUINIVS SECUNDUS
seu superbus VII.

TARQUINIVS inde regnū inuadit: qui male partum imperium. ita contumaciter rexit. ut cognomen Superbo sibi vindicaret. In Patres ac Senatum scuens, iniussu populi, ad libitum agere omnia cœpit. occidere. carcera-re. afficere suppicio. sui iuris fecit. Cum Volscis bellum habuit: quibus expugnatis. oppida Suessam & Pometiam eripuit. fraude & non bello Gabios subiugauit. & cruciatibus attriuit. Cum Æquicolis & Etruscis fœdera tenuit. Iouis templum. quod in Capitolio pater incep-tuerat. maximo impendio ac labore ad culmen erexit. Demum ob Lucretiaz per vim illati stupri dedecus à Sexto Tarquinio eius filio. Iunij Bruti opera pulsus in exsulatum cum scelesta coniuge ac filiis fuga perrexit. anno regni 35. ab urbe vero condita 244. Meſala Cœrin. lib. de pro- genie Augusti.

Ost hunc L. Tarquinius Superbus neque partum neque populi iussu regnū inuasit: quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiā corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volscis gessit: & ex eorum præda templum Ioui in Capitolio fecit. Terminus & Iuuentas non addixere: quorum arę moueri non potuerunt. Filij Sexti Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redigit.

Huius

Huius filiis Delphos profectis, & consulētibus
quis eorum regnaturus esset Romā, dictum est
eum regnaturum, qui primū matrem oscula-
tus esset. Quod responsum cūm ipli aliter inter-
pretaretur, Ianius Brutus, qui cum iis proiectus
erat, proiapsum se simulauit, & terram oscula-
tus est, idque factum eius euentum rei cōpro-
bavit. nam, cūm impotenter se gerendo Tarqui-
nius Superbus omnes in odium sui adduxisset:
ad ultimum, propter expugnatam nocturnā vi-
à Sexto filio eius Lucretiā pudicitiam, quæ vo-
cato patre ad se Tricipitino, & viro Collatino,
obtestata ne inulta mors eius esset, cultro se in-
teremit: Bruti opera maximè expulsus est, cūm
regnasset annos xxv. Epitomaror Liuī lib. 1.

Post extremus omnium fuit regum TARQVIL-
PINVS cui cognomen *Superbo* ex morib⁹
datum. Hic regnum auitum, quod à Seruio te-
nebatur, rapere maluit quām exspectare: immis-
sisque in eum percussoribus, scelere partam po-
testatem nō melius egit, quam acquisierat. Nec
abhorrebat moribus vxor Tullia: quā, vt virum
regem salutaret, supra cruentum patrem, vesta
carpento, consternatos equos egit. Sed ipse in
senatum cedibus, in omnes superbia (quā crue-
dilitate grauior est bonis) grassatus, cūm saui-
tiā iam domi fatigasset, tādem in hostes con-
uersus est. Sic valida oppida in Latio capta sunt,
Ardea, Oriculum, Gabii, Suessa Pometia. Tum
quoque cruentus in suos. Neque enim filiū ver-
berare dubitauit: vt simulanti trāsfugam apud
hostes, hinc fides esset: cui Gabiis, vt voluerat,
recepto, atque per nuntios coasulenti quid fie-
ri vellet, eminentia forte papauerum capita vir-

gula decussit; quum per hoc interficiendos es-
se principes intelligi vellet. quæ superbia sic re-
spondit. Tamen de manubiis captarum vrbia
templum erexit: quod quum inaugurateatur,
cedentibus exteris deis (mira res dictu) restitu-
re Iuuentas & Terminus. Placuit vatibus con-
sumacia numinum: siquidem firma omnia &
eterna pollicebantur. Sed illud horrendum,
quod molientibus ædem, in fundamentis hu-
manū repertū est caput: nec dubitate cuncti,
mōstrum pulcherrimū, imperij sedem, caputq;
terraum promittere. Tamdiu superbiam regis
populus Romanus perpessus est, donec aberat
libido: hanc ex liberis eius importunitatē to-
lerare non potuit: quorum cùm alter ornatissi-
ma fœminæ Lucretiæ stuprum intulisset, ma-
trona dedecus ferro expiavit: imperium cum
Regibus abrogatum. *Florus 1.c. 7.*

Lucius Tarquinius Superbus, septimus atq; vi-
tius regum, Volscos (quæ gens ad Cam-
paniam euntibus non longe ab urbe est) vicit;
Gabios ciuitatem, & Suesiam Pometiam sube-
git; cum Thuscis pacem fecit; & templum
Ioui in Capitolio ædificauit. Postea Ardeam,
oppugnans, in octavo decimo miliario ab ur-
be positam ciuitatem, imperium perdidit. Nam,
cùm filius eius, & ipse Tarquinius iunior, no-
bilissimam fœminam Lucretiam, eandem pu-
dicissimam Collatini uxorem stuprasset, eaque
de iniuria marito & patri & amicis questa fuisset,
in omnium conspectu se occidit. propter
quam causam, Brutus, parens, & ipse Tarqui-
nius, populum cōcitauit, & Tarquinio ademit.
*imperium max exercitus quoq; eum, qui ciui-
tatem*

DE ROMA ET REGIB. ROM. 143
tatē Ardeam cū ipso rege oppugnabat reliquit:
veniensque ad urbem rex portis clausis exclu-
sus est. Cumq; imperasset annos viginti quin-
que cum uxore & liberis suis fugit. *Eutrop. lib. i.
Breuiary.*

Tarquinus Superbus, cognomen moribus
meruit. Oeciso Servio Tullio regnum sce-
lestē occupauit: tamēn bello strenuus, Latinos
Sabinosq; domuit; Suesam Pometiam Vol-
scis eripuit: Gabios per Sextum filium, simu-
lato transfugio, in potestatem rediget: & ferias
Latinas prius instituit. Loco in Circo, &
cloacam maximam fecit; vbi totius populi vi-
ribus usus est. unde illa fossa, Quiritium sunt di-
ctæ. Cūm Capitolium incepere, caput hominis
inuenit: unde cognitum est, eam urbem caput
gentium futuram: & cūm in obsidio Ardeæ fi-
lius eius Lucretiæ stuprum intulisset, cum eq;
in exsilium actus, ad Porsennam Etruriæ regem
confugit: cuius ope regnum retinere tentauit.
Pulsus, Cumas concessit: vbi per summā igno-
miniam reliquum vitæ tempus exegit. *Sextus
Aurel. de viris illustr.*

Tarquinus Superbus regnauit an. xxxv. *Huius
temporibus Pythagoras physicus philosophus, clæ-
rus habetur. Expulso autem urbe Tarquinio bi-
ni Consules cœperunt pro uno rege annis sin-
gulis administrare Rem publicam. Cassiodorus in
Chronico.*

*ANALEPHALOSIS DE
septem Regibus.*

Hæc est prima ætas Pop. Romani, & quasi
infantia; quam habuit sub regibus septem
quædam fatorum industria taur. variis ingenio

vt Reip. ratio & utilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, vt inuaderet regnum. Quid Numa religiosius? talem res poposcit, vt ferox populus deorum metu mitigaretur. Quid ille militiax artifex Tullus; bellatoribus viris quam necessarius? vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? vt urbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam verò Tarquinij ornamenta & insignia quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Seruio census quid effecit, nisi vt ipsa se nosceret respublica? Postremò Superbi illius importuna dominatio, non nihil, immò vel plurimum profuit. Sie enim effectum est, vt agitatus iniuriis populus cupiditate libertatis incenderetur. *Florus 1.c.1.*

**SEX. RVFI V. C. DICTATORIS
magistri militum, breuiarium rerum gestarum**

Po. Rom. ad Valentianum

Augustum.

**D. N. VALENTIANO IM-
peratori, Pio, Perpetuo, semper Au-
gusto, Sex. Rufus**

V. C.

Beuem fieri clementia tua libel-
lum præcepit, Parebo libēs; quip-
pe cui desit facultas latius elo-
quendi: ac morem sequutus cal-
culorum, qui ingentes summas
xre breuiori exprimunt; res gestas signabo, non
cloquar. Accipe ergo quæ breuiter dicta bre-
uis computentur: vt annos & xtae Reipubl.
ac p̄pteriti facta temporis, non tam legere
gloriose

gloriose Princeps, quām numerare videaris.
 ¶ Ab urbe igitur condita in ortum perennitatis vestræ, quo prosperius factum imperium Rom. sortitus es, anni numerantur M.c.xvii. Sub Regibus, ccxliii. sub Cōsulibus, cccclxvii. sub Imperatoribus, ccccviij. Regnauerunt Romæ per annos ccxliii. reges numero septem. Romulus, regnauit annos xxxvii. Senatores, per quinos dies singuli, annum vnum: Numa Pompilius, annos xlivi. Tullus Hostilius, annos xxxii: Ancus Marcius, annos xxviii. Tarquinius Priscus, annos xxxvii. Seruius Tullius, annos xliv. Tarquinius Superbus, regno expulsus est anno xxv. *Hec sextus Rufus.*

Sub REGIBVS septem per annos ccxliii. non amplius quām vsque ad portum atque Ostiam intra octauum decimum miliariū à portis urbis Romæ, vtpote adhuc paruæ & à pasto-ribus conditæ, quum finitimæ circùm ciuitates premerent, Romanum procellit imperium. *Idem sextus Rufus. ibid.*

Ita Romæ regnatim est per septem reges annis ducentis quadraginta tribus, cùm adhuc Roma, ubi plurimum, vix usque ad quintum decimum miliarium possideret.

Eutropius lib. i. breuiary.

HIST. ANTIQ. LIB. III.
DE CONSVLIBVS RO-
MANIS.



VNC consules primū creati
sunt L. Iunius Brutus, & L. Tar-
quinius Collatinus. Epitomator
Livij lib. i.

LIBER II.

De mutatione Republica & primis Consulibus:
De Bruto: De Tarquinis Collatino: De Vindicio: Bel-
lum aduersus Tarquinios: Lex de prouocatione ad po-
populum: De Capitoliū dedicatione: Bellum Hetruscum
aduersus Torsenam: De Horatio Coelite: Mutio Sca-
nula: Cælia Virgine. Bellum Latinum. Trima plebis
discordia ob nexos in sacrum montem. De Menenio
Agrippa: Tribuni plebis creati: Coriolana expugnatio:
& de Cn. Martis Coriolano. Lex Agraria. Sp. Caſſius
regni damnatus: Oppia incesta. Bellū aduersus Veien-
tes: & de 300. Fabiis ad Cremeram casis. De Volscis,
Equis, Veientibus: seditionibus Appij Claudij: iu-
dicio militari.

B RUTUS iureiurando populum astringit, ne-
minem regnare Romæ passurum. Tarqui-
nium Collatinum collegam suum propter af-
finitatem Tarquiniorū suspectum, coëgit con-
sulatu se abdicare, & ciuitate cedere. Bona re-
gum diripi iussit. agrum Marti consecrauit, qui
Campus Martius nominatus est: adolescentes
nobiles, in quibus suos quoq; , & fratrī filios,
quia coniurauerant de recipiendis regibus, se-
cari percussit. seruo indici, cui Vindicius nomē
fuit, libertatem dedit: ex cuius nomine vindi-
cia est appellata. Cūm aduersus reges, qui con-
tractis

tractis Veientium & Tarquiniorum copiis bel-
lum iatulerant, exercitum duxisset, in acie cum
Arunte filio Superbi commortuus est, eumque
matronæ annuin luxerunt. L. Valerius consul
legem de prouocatione ad populum tulit. Ca-
pitolum dedicatum est. Porsena rex Clusino-
rum, bello pro Tarquinii suscepito, cum ad Ia-
niculum venisset, ne Tyberim transiret, virtute
Coclitis Horatij prohibitus est: qui dum alij
pontem Subliçum rescindunt, solus Hetruscos
sustinuit, & ponte rupto armatus se in flumen
misit, & ad suos tranauit. Alterum accessit vir-
tutis exemplum à Mutio: qui cum ad feriendum
Porsenam castra hostium intrasset, occiso scri-
ba, quem regem esse putabat, comprehēsus, im-
positam altaribus manum, in quibus sacrificia-
tum erat, exuri passus est, dixitq; tales trecen-
tos esse cōiutatos in mortem ipsius regis. quo-
rum admiratione coactus Porsena pacis condi-
tiones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus:
ex quibus virgo vna Cloelia deceptis custodi-
bus per Tyberim ad suos tranauit: & cum red-
dita esset, à Porsena honorifice remissa, eque-
strique statua donata est. App. Claudius ex Sa-
binis Rōmam transfugit, ob hoc Claudia tri-
bus adiecta est. Numerus tribuum ampliatus
est, ut essent triginta vna. Aduersus Tarquinium
Superbum cum Latinorum exercitu bellum
inferentem A. Posthumius dictator profr-
pugnauit apud lacum Regillum. Pleb-
propter nexos ob xs alienum Sacrum i-
tem secessisset, consilio Menenij Agri-
ditione reuocata est. Idem Agrippa c-
sisset, propter paupertatem publico.

elatus. Tribuni plebis quinq; creati sunt. Oppidum Volscorum Coriolani captum est virtute & opera Cn. Martij, qui ob hoc Coriolanus vocatus est. T. Latinus vir de plebe, cum in visu admonitus esset ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret, & neglexisset: amissio filio, debilis factus, posteaquam delatus ad senatum lectica eadem illa indicauerat, vsu pedum recepto domum reuersus est. Cum Cn. Martius & Coriolanus, qui in exilium pulsus, dux Volscorum factus exercitum hostium utrius primò ad mouisset, & missi ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent ne bellum patriæ inferret, Veturia mater, & Volumnia vxor impetraverunt ab eo ut recederet. Lex Agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est, necatusq;. Oppia virgo vestalis ob incestū viua defossa est. Cum vicini hostes Veientes incōmodi magis quam graues essent, familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit, misitq; in id trecentos sex armatos, qui ad Cremeram ad unum ab hostib. casū sunt, uno impubere domi relicto. Res præterea aduersum Volscos, & Aquas, & Veientes, & seditiones inter patres plebemq; continet. Appius Claudius consul, cum aduersus Volscos coniuncta exercitus male pugnatum, et decimum quenq; militū fuste percussit.

LIBER III.

Seditiones agrarie. Capitalium à seruis occupatum. Censibus altus. Bellum aduersus Aquas: Q. Cincinatus: Tribuni plebis x: Deceunviri: Leges XII. Tabularum. De secunda urbin discordia & Appi Claudi belli & secessione plebis in montem Aventinum.

num. De Sabinis, Volscis, & Equis. De iudicio iniquo Romanorum inter Ardeates & Aricinos.

S Editiones de agrariis legibus factæ. Capitulum ab exilibus & seruis occupatum, etatis iis receptum est. Censu bis actus est. priori lustro censa sunt ciuium capita centum quatuor & viginti millia, cccxi i i. præter orbos, orbasque: sequenti, cxxxii i. millia, cccc x i x. Cum aduersus Eequos res male gesta esset, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, cum rure intentus rustico operi esset, ad bellum gerendum accessitus est. Is victos hostes sub iugum misit. Tribunorum plebis numerus ampliatus est, ut essent deceim, xx xvi i. anno à primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad constituendas eas proponendasq; deceimuii pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati, altero & trecentesimo anno quam Roma condita erat: & ut à regibus ad consules, ita à consulibus ad deceimuiros tralatum imperium. Ii decem tabulis legum positis, cum modestè se in honore gessissent, & ob id in alterum quoq; annum eundem esse magistratum placuisset, cum complura impotenter fecissent, magistratum noluerunt depone-re, & in tertium annum detinuerunt donec invicto eorum imperio finem attulit libido Ap. Claudij: qui cum in amore virginis incidisset, summisso qui eam in seruitutem peteret, necessitatem patri eius Virginio imposuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret, cum aliter eam tueri non posset ne in potestatem stuprum illaturi veniret. hoc tam magnæ luxuriaz exēplo plebs incitata montem

Epitomator Linij.

b i

Auentinum occupauit, coegeritque decemvirois abdicare se magistratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipue poenam meruerant, in carcerem conieisti, cæteri in exilium aeti. Res præterea contra Sabinos, & Volscos, & Aquos prosperè gestas continet, & parum honestum Pop. Rom. iudicium, qui iudex inter Ardeates & Aricinos sumptus, agrum de quo ambigebatnr, sibi adiudicauit.

LIBER. IV.

Tertia urbis discordia ob connubium patrum & plebis. De Tribunis plebi: Censoribus: De agri Ardeatinis restituitione & colonis in eum missis: De fame. De Sp. Melio equite regnum affectante à C. Seruilio Halacoiso: De legata Romanu à Fidenatibus occisis: De Cornelio Cocco: Mamerco Emilio. Fidena capta & coloni in eam missi: Bellum seruile: De Posthumio: De stipendio primo militum: De Volscis & Veientibus.

LEx de connubio patrum & plebis contentione magna, patribus repugnantibus, perlata est à tribb. pleb. Aliquot annis res populi Rom. domi militizq; per hoc genus magistratus administratæ sunt. Item censores tunc primum creati sunt. Ager Ardeatinus Romani populi iudicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Cum fame Pop. Rom. laboraret, Sp. Melius æques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est, & ob id factum conciliata sibi plebe, regnum affectans à C. Seruilio Halaco magistro equitum iussu Quintij Cincinnati dictatoris occisus est. L. Minutius index bove aurata donatus est. Legatis Romanis à Fidenatibus occisis, quoniam ob Remp. occupuerant statu in rostris positæ sunt. Cornelius Cossus tribu-

tribunus militū, occiso Tolumnio rege Veientium, opima spolia secunda retulit. Mamercus Aemilius dictator censorē honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finito, ob eam rem à censoribus nō tatus est. Fidenæ in potestatem redactæ, eoque coloni missi sunt: quibus occisis Fidenates cū defecissent à Pop. Rom. à Mamerco Aemilio dictatore victi sunt, & Fidenæ captæ. Coniuratio seruorum oppressa est. Posthumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex arario tum primū militibus datum est. Res præterea gestas aduersum Volscos & Veientes continet.

LIBER V.

De Vejüs capri: lacu Albano: Furio Camillo: Fa-
liscis capris: De Censoribus. Bellum Gallicum, & de
Roma à Gallis capta. De Camillo: Manlio Capitoli-
no: De Deo Loquutio.

IN obsidione Veiorum hybernacula militibus facta sunt. ea res cū esset noua, indignationem tribunorum plebis mouit, querentium non dari plebi nec per hyemē militiæ requiem. Equites tum primū equis suis merere cœperūt. Cū inundatio in lacu Albano facta esset, vates qui eam rem interpretaretur, ab hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsecros Veios cœpit, simulacrum Iunonis Romanam transtulit, decimam partem p̄dē Delphos Apollini misit. Idem, tribunus militum, cū Faliscos ob sideret, proditos hostium filios parentibus remisit: statimque deditione facta, Falisorum victoriam iustitia consecutus est. Cū alter ex censoribus, Iulius decessisset,

locum eius M. Cornelius suspectus est. nec id postea factum est: quoniam eo lustro à Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cùm ei dies à L. Apuleio trib. pl. dicta esset, in exilium abiit. Cùm Senones Galli Clusium ob siderent, & legati à senatu missi ad componendum inter eos & Clusinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Clusinorū stetissent, hoc facto eorum concitati Senones, urbem infesto exercitu petierunt, fusisq; ad Alliam flumen Romanis: ceperere urbem, prater Capitolium, in quod se iuuenes contulerant. maiores natu cum insignibus honorum quos quisq; gesserat, in vestibulis ædium sedentes occiderunt. & cùm per auersam partem Capitoliū iam in summum evasissent, prodiit clangore anserum, M. Manlij præcipue opera deiecli sunt. coactis deinde propter famē Romanis despondere ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obsidionis emerēt: Furius Camillus dictator absens creatus, interpendendum aurum tum exercitu venit, & Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditq; ac. Ædes Loquutio facta, quo loco ante urbem captain vox auditā erat aduentare Gallos. Dictum est ad Veios migrandum esse, propter incensam & dirutam urbem. quod consilium Camillo autore discussum est. Mouit populum vocis quoque omen ex centurione auditæ, qui cùm in forum venisset, manipulariis suis dixerat: Sta miles, hic optimè inanebimus.

LIBER V I.

De Aquis, Volvis, Heurusci: De 4. Tribubus: De Manlio Capitolino ex saxo Tarpeio deiecto. Quarta urbis discordia: Lex de cōsulibus ex plebe etiam crean-
dis;

du: Lex ut ne cui plus 500. iugerib. agri liceat possidere.
Res aduersus Aequos & Volscos & Hernicos prosperè gestas continet. Quatuor tribus additæ sunt. Stellatina, Sabbatina, Promentina, Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cùm obstrictos ære alieno liberaret, nexos exoluaret: criminis affectati regni damnatus, de saxo Tarpero deiectus est. in cuius notam S. C. factum est, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset. C. Licinius & L. Sextius tribb. pl. legem promulgavunt, vt consules etiam ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur. eam legem cum magna contentione repugnantibus patribus, cùm iidem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt: & primus omnium ex plebe consul L. Sextius creatus est. Lata est altera lex, ne cuiquam plus quingentis iugeribus agri licceret possidere.

LIBER VII.

De Praetore: Aedili Curuli: pestilentia: morte Camilli: Ludis scenicis: De L. & T. Manlio: De Curio: Manlio Torquato: De 2. Tribubus: De Licinij Stoloni damnatione: De M. Valerio Coruino: De amicitia cum Carthaginensibus: De Campanis & Samnitibus: De A. Cornelio: De P. Decio se deuouente. De Capua occupanda coniuratio, & restitutis Roma coniuratoribus.

Duo noui magistratus adiecti sunt. prætura, & ædilitas curulis. Pestilentia ciuitas laborauit, eamque insignem fecit mors Furij Camilli, cuius remedium & finis cùm per nouas religiones quereretur, ludi scenici tunc primùm facti sunt. Cùm dies L. Manlio dicta esset à M.

Pompeio trib. pl. propter delectum acerbè fatum, & ob T. Manlium filium relegatum sine ullo criminе: adolescens ipse, cuius relegatio patri obiiciebatur, venit in cubiculum tribuni, strictoq; gladio coëgit eum in verba sua iure, non perseveraturum se in accusatione. tunc omnia perniciosa omissa sunt. In patentem voraginem vrbis Romæ Curtius armatus equo se præcipitauit, eaq; expleta est. Manlius adolescens qui parrem à tribunitia vexatione liberauerat, contra Gallum prouocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eiq; occiso torquem aureum detraxit, quem ipse postea tulit, & ex eo torquatus est nuncupatus. Duæ tribus additæ, Pontina, & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentorum iugerum agri possidet. M. Valerius trib. militum Gallicum à quo prouocatus erat, insidente galeæ coruo, & vnguis rostroq; infestante hostem, interemit, & ex eo Coruini nomen accepit, consulq; proximo anno creatus est ob virtutē, cùm xxii. ageret annum. Amicitia cum Carthaginensibus iuncta. Campani cùm vrgerentur à Samnitibus bello, auxilio aduersus eos à senatu petito, cùm id non impetrarent, vrbem atq; agros populo Romano dederunt. ob quam causam ea quæ populi Romani facta essent, defendi bello aduersus Samnites placuit. Cùm ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset, P. Decij tribuni militum opera seruatus est: qui occupato colle super id iugum in quo Samnites sederant, occasionem consuli in æquorem locum

locum euadēdi dedit, ipse ab hostibus circumfessus erupit. Milites Romani qui Caput in præsidio erant relieti, cùm de ea occupanda urbe conspirassent, & detecto consilio, metu supplicij à Pop. Rom. defecissent, per M. Valerium Corinum dictatorem, qui consilio suo eos à furore renocauerat, patriæ restituti sunt.

LIBER VII.

*Latinum bellum: Campanorum defectio: Iudicium
feuerum T. Manlii: De Publio & Manlio se denouen-
tibus: Latini in dditionem veniunt: Vestalis damna-
ta: Ausones vitti: Colonia Cales & Fregellæ deduc-
cta: Veneficia punita: De Priueniaribus: Palapolita-
nus: Plebs nexus creditorum liberata: De L. Papyrio,
& Q. Fabio. De Samnitibus.*

Latincum Campanis defecerunt, & missis legatis ad senatum conditionem tulerunt, vt si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. Qua legatione perlata, prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, vt exanimaretur. T. Manlius consil filium suum, quod contra edictum pugnauerat aduersum Latinos, quamuis prospere pugnasset, secundi percussit. Laborantibus Romanis, P. Decius tūc cum Manlio deuavit se pro exercitu, & concitato equo cùm in medios hostes se intulisset, imperfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in dditionem venerunt. T. Manlio in urbe reuerso nemo ex iuuentute obuiam processit. Minutia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus vittis, in oppidum Cales colonia deducta est. Item Fregellæ coloniz deductæ sunt. Veneficum complurium matronarum deprehensum, quarum plurimæ statim Epromator Liuÿ.

156 HIST. ANTIQ. LIB. III.
epotis medicaminibus perierunt. Lex de vene-
ficio tunc primūm cōstituta est. Priuernatibus,
cūm rebellasset, victis ciuitas data est. Palæ-
politani vīcti bello & obsidione in deditioñē
venerūt. Q. Publio, qui eos obsederat, primum
imperium prolatum, & per consules decretus
triumphus. Plebs nexu liberata est propter Lu-
cij Papyrij creditoris libidinem, qui C. Publio
debitori suo stuprum inferre voluerat. Cūm L.
Papyrius dictator reuersus in urbem ab exerci-
tu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius
magister equitum occasione rei bene gerendæ
inuitatus, contra edictum eius præliatus est, qui
prosperè aduersus Samnites pugnauit. ob eam
causam cūm dictatōr de magistro equitum sup-
plicium sumpturus videretur, Fabius Romam
profugit: & cūm causa parum proficeret, popu-
li precibus donatus est. Res præterea contra
Samnites prosperè gestas continet.

L I B E R . I X.

Clades apud Caudinas vincentibus Samnitibus.
De Sp. Posthumio: De Papyrio Cursore: De 2 Tri-
bubus: Coloniae due deducta: Aqua Appia deducta:
De Libertinorum filii in senatum legendis. Bellum
aduersus Appulos, Hetruscos, Umbros, Marsos, Pelig-
nos, Equos, Samnites. De Flavio Scriba, eoḡ aditis
curule. De Q. Fabij Maximi cognomine.

Titus Veturius & Sp. Posthumius apud Cau-
dinas furcas deducto in locum iniquum
exercitu cūm nulla spes euadendi esset, foedere
cum Samnitibus facto. & sexcentis equitibus
Romanis obsidibus datis, ita exercitum abdu-
xerunt, vt omnes sub iugum mitterentur, iidem-
que autore Sp. Posthumio C O S. qui in senatu
suaserat

fuaserat ut eorum deditio[n]e, quoru[m] culpa tam
deforme foedus iactu[n]erat, publica fides libe-
raretur, cum duobus tribb. pl. & omnibus qui
per foedus sp[ec]ulatori sponderant, dediti Samnitibus
non sunt recepti. nec ita multo post fusis a Pa-
pyrio Cursore Samnitibus, & sub iugum mis-
sis, receptisque sexcentis equitibus Romanis,
qui obsides dati erant, pudor prioris flagitiij a-
bolitus. Tribus duæ adiectæ sunt, Vfentina, &
Faferina. Suessa & Ponticæ coloniæ deductæ
sunt. App. Claudius censor aquam Claudiam
perduxit, viam stravit, qua Appia vocata est: li-
bertinorum filios in senatu legit. ideoq[ue] quo-
niam is ordo videbatur inquinatus, indignis,
sequentis anni consules in senatu legendō ob-
seruauerunt, quemadmodum antè per proxim-
mos censores obseruatū fuerat. Res præterea
contra Apulos, Hetruscos, Vmbros, Marsos, Pe-
lignos, Äquos, & Samnites, quibus foedus erat
restitutum, prospere gestas continet. Flauius
Scriba libertino patre natus, ædilis curulis fuit,
per forensem factionem creatus, quæ cum co-
mitia & campu[n] turbaret, & in iis propter ni-
mias vices dominaretur, a Q. Fabio censore
in quatuor tribus redacta est, eaque res Fabio
Maximo nomen dedit:

LIBER X.

*Colonia deducta: Marsi: Augures 9. Lex de prouo-
catione ad populum: Tribus due adiecta. Bellum Sa-
mniticum. P. Decius deuouet se. Papyrius Cursore:
Censu[s]. Lustrum.*

*C*oloniae deductæ sunt Sora, & Alba. Cat-
seoli Marsi in deditio[n]e accepti sunt. Col-
legium augurum ampliatum est, ut essent no-
Eytomar[us] Linij.

uem, cùm antea quaterni fuissent. Lex de pro-
uocatione ad populum, à Valerio consule tunc
primum lata est. Duæ tribus adiectæ sunt, A-
piensis, & Terentiana. Samnitibus bellum in-
dictum, & aduersus eos prosperè pugnatum
est. Cùm aduersus Heuruscos, Vmbros, Samni-
tes, Gallos, P. Decio & Q. Fabio ducibus pu-
gnaretur, Romanusq; exercitus in maximo es-
set discrimine, P. Decius secutus exemplum pa-
tris deuouit se pro exercitu, & in ore sua victo-
riam eius pugnæ populo Romano dedit. Papy-
rius Cursor Samnitium exercitum, qui iureci-
rando astrictus suo, quò maiore constantia vir-
tutis in aciem descenderet, fudit. Census actus
est. Iustrum conditum. censa sunt ciuium capi-
ta ducenta sexaginta duo millia, & trecenta vi-
giatiduo.

LIBER XI.

*Q. Fabius Maximus Fabio Gurgiti filio legatus
Samnites vicit. C. Pontius Samnitium Imperator,
ductus in triumphum, securi percussus. De peste &
Æsculapij signo. L. Posthumij damnatio : Fædus
quartum cum Samnitibus: Triumphi duo Curij Den-
tati de Samnitibus & Sabinis. Colonia deducta:
Triumiri capitales: Census, Iustrum: Secessio ple-
bis in Laniculum. De Volsciensib; Lucanis & Tyr-
henis.*

CVm Fabius Gurses consul malè aduersum
Samnites pugnasset, & senatus de remo-
uendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus
pater deprecatus hanc filij ignominiam, eo ma-
xime senatum mouit, quod iturum se filio le-
gatum pollicitus est, idq; præstitit, atque eius
consiliis & opera filius consul adiutus, exsis-

Samni-

Samnitibus triumphauit, C. Pontium imperatorem Samnium ductum in triumpho securi percussit. Cum ciuitas pestilentia laboraret, missis legatis ut Aesculapij signum Romam ab Epidauro transferrent anguem, qui se in nauem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportauere: eoque in insulam Tyberis egresso, eodem loco sedes Aesculapij constituta est. L Posthumius consularis, quoniam cum exercitui praeffet, opera militum in agro suo usus esset, damnatus est. Cum Samnitibus pacem potentibus foedus quartò renomatum est. Curius Dentatus Consul Samnitibus cæsis, & Sabinis qui rebellauerant, vicit, & in ditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphauit. Coloniz deductæ sunt, Castrum, Sena, Adria. Triumuiri capitales tunc primùm creati sunt. Census actus est, lustrum conditum. censa sunt ciuium capita cclxxiiii. millia. Plebs propter æs alienum, & graues & longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum: unde à Q. Hortensio dictatore deducta est. isq; in ipso magistratu decessit. Res præterea contra Volfinienses gestas continet, item aduersus Lucanos, contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuerat.

LIBER XII.

Victi à Gallis Romani: Bellum Tarentinum, Samniticum: Pyrrhi.

Cum legati Romanorum à Gallis Senonib. interfecti essent, bello ob id Gallis induito, L. Cæcilius prætor cum legionib. ab iis excessus est. Cum à Tarentinis classis Romana directa esset, duce, qui præterat classi, occiso, legati Epitomator Liuji.

160 HIST. ANTIQ. LIB. VI.
ad eos à senatu, vt de iis iniuriis quererentur,
missi pulsati sunt, ob id bellum iis indictū est.

Samnites defecerunt. Aduersus eos, & Lu-
canos, & Brutios, & Hetruscos aliquot præliis
à compluribus ducibus bene pugnatum est.
Pyrrhus Epirotarum rex, vt auxilium ferret Ta-
rentinis, in Italiam venit. Cùm in præsidium
Rheginorum legio Cāpana cum præfecto De-
cio Iubellio missa esset, occisis Rheginis Rhe-
gium occupauit.

L I B E R X I I I .

Pyrrhi vittoria: Legatus, Cyneas: pax ei negata: Census ac lustrum: cum Pyrro pugna dubia: Cum Carthaginensibus quartum fædus: De C. Fabricij magnitudine. De Hetruscis, Lucanis, Brutis, Samnitib.

V Alerius Leuinus consul parum prospere aduersus Pyrrhum pugnauit, elephatorum maximè inusitata facie territis militibus.

Post id prælium cùm corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem inuenit, populandusque ad urbem Romam processit. C. Fabricius missus ad eum, vt de redimendis captiuis ageret, frustra vt patriam desereret, à rege tentatus est. captiui sine pretio renissi sunt. Cyneas legatus à Pyrro ad senatum missus petiit, vt componenda pacis causa rex in urbem reciperetur. de qua re cùm ad frequentiorem senatum referri placeisset, App. Claudius qui propter inqualitudinem oculorum iamdiu à consiliis publicis abstinuerat, venit in curiam. & sententia sua tenuit vt id Pyrro negaretur. P. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt ciuium capita cclxxviii millia, cxxxii. Iter-

rum aduersus Pyrrhum dubio cunctu pugnatum est. Cum Carthaginiensibus quartò fœdus renouatum est. Cum C Fabricio consuli is qui ad eum à Pyrrho transfugerat, polliceretur se regi venenum daturum, cum indicio ad regem remissus est. Res præterea contra Hetruscos, Lucanos, & Brutios, & Samnites prosperè gestas continet.

LIBER X I I I .

Pyrrhus in Sicilia: Prodigia Roma: Iudicium Curij Dentati. Pyrrhus Italia expulsus: Censura Fabricij: Census ac lustrum: Societas cum Ptolomeo. Vestalis damnata: Colonia deductæ. Carthaginensium fœdifragium. De Lucanis, Samnitibus, Brutis, Pyrthi morte.

P Yrrhus in Siciliam traiecit. Cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolo Iouis signum, caput eius per aruspices inuenitum est. Curius Dentatus, cum delectum haberet, eius qui citatus non responderat, bona vendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reuersum vicit, & Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum cōsularem senatu mouit, quod decem argenti pondo facti haberet. Lastro a censoribus condito, censa sunt capita ciuium C C L X X I . millia. CC X X I I I . Cum Ptolemyo Ægypti rege societas iuncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti viua defossa est. Coloniæ deductæ sunt, Posidonia, & Consa. Carthaginensium classis auxilio Mamertinis venit, quo facto ab iis fœdus violatum est. Res præterea contra Lucanos, Samnites & Brutios feliciter gestas, & Pyrthi mortem continent.

LIBER XV.

Tarentinis viliis, pax & libertas eius data: De legione securi percussa: Legati violati: Pax data Picentibus: Colonia deduxta: Argento tunc primum uti cœpit P. Romanus. In deditio[n]em accepti, Umbri & Salentini: Quastorum numerus.

Victis Tarētinis pax & libertas data est. Legio Campana, quæ Rhegium occupauerat, obessa, deditio[n]e facta, securi percussa est. Cū legatos Apolloniatum ad senatū missos quidam iuuenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data. Coloniz deductæ, Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti cœpit. Umbri & Salentini victi in deditio[n]em accepti sunt. Quastorum numerus ampliatus est.

LIBER XVI.

Bellum Punicum primum aduersus Carthaginier[um] & Hieronem regem Sicilie. Pax Hieronim data: Lustrum: Gladiatorum munus primum à Bruto in honorem patris editum. Colonia deduxta: De Paenitentia & Wolfscis.

Origo Carthaginienium, & primordia urb[is] referuntur: contra quos & Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis. Ferendum censuit senatus. Cū de eare inter suadentes ut id fieret, dissuadentesque contentio nisset, transgressis ruti primum mare equitibus Romanis aduersus Hieronem s[ecundu]s b[ea]ne pugnat[us]. Perenti pax data est. Lustrum a censoribus conditum. censa sunt ciuium capita: CCCCLXXII. millia. CCXXXIII. D. Iunius. Brutus manus gladiatorum in honore inde- functi

functi patris edidit primus. Colonia Esernia deducta est. Res præterea contra Poenos & Volscos prosperè gestas continet.

LIBER XVII.

*Capitur per fraudem à Poenis Cn. Cornelius Consule
Vincuntur mari Poeni à Cn. Duilio: in Sardinia à
L. Cornelio: Attilius Calatinus ope M. Calpurni pe-
riculum evadit. Annibal in crucem actus à suis. Pa-
ni in Africa victi ab Attilio Regulo.*

C N. Cornelius CO S. à classe Punica circum-
uentus, & per fraudem veluti in colloquii
euocatus, captus est. Cn. Duilius CO S. aduer-
sus classem Poenorum prosperè pugnauit, pri-
musq; omnium Romanorum ducum naualis
victorię duxit triumphum. ob quam causam ei
perpetuus honos habitus est, vt reuerenti à
cœna tibicines canerent, & funale præferretur.
L. Cornelius CO S. in Sardinia contra Sardos
& Corsos & Hannonem Poenorum ducem fe-
liciter pugnauit.

Attilius Calatinus CO S. cùm in locum ini-
quum à Poenis circunsesum temerè duxisset e-
xercitum, M. Calpurnij tribuni militum virtute
& opera euasit: qui cum trecentis militibus e-
ruptione facta hostes in se conuertit. Annibal
dux Poenorum viēta classe qui præfuerat, à mi-
litibus suis in crucem sublatus est. Attilius. Re-
gulus CO S. vīctis nauali prælio Poenis, in Afri-
ca in traiecit.

LIBER XVIII.

*Serpens imminus superatus ab Attilio: Senatus
curat res Attilij Roma: Attilius capitulū à Poenii
Xantippo duce. Naufragia Romanorum: Pontifex
Max. ex plebe primus. Censura in Senatu & luctu.
Epitomator Liuij*

Attilius pacem dissuadens suppicio afficitur.

Attilius Regulus in Africa serpentem portentosæ magnitudinis cum maxima militum clade occidit. & cum aliquot præliis aduersum Carthaginenses pugnasset, successorq; à senatu bellum prosperè gerenti non mitretur id ipsum per literas ad senatum missas conquestus est. in quibus inter causas petendi successoris erat, quod agellus eius à mercenariis deuastaretur. Quare deinde fortuna ut magnum vtriusq; casus exemplum in Regulo prodiceretur, accersito à Carthaginensibus Xantippo Lacedæmoniorum duce, victus in prælio & captus est. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terra mariq; prosperè gestas deformatuere naufragia classium. T. Coruncanus primus ex plebe Pôtifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus, Valerius Maximus censores cum senatum legerent, IIII. senatu mouerunt. Iustum condiderunt: quo censa sunt ciuium capita CCCXVII. millia, CCXVII. Regulus missus à Carthaginensibus ad senatum, ut de pace, & si eam minime impetraret, de captiuis commutandis ageret, iure iurando astrictus est redditum se Carthaginem, si commutari captiuos non placuisset. vtrunq; negandi autor senatui fuit: & cum fide custodita reuersus esset, suppicio à Carthaginensibus de eo sumpto perire.

LIBER XIX.

Vittoria Cacili Metelli de Panis: Claudio Pulcher mari vietus ab iisdem. Dictatorem C. Glauciam frustra dicit. Attilius Caiatinus primus dictator extra Italiam exercitum ducit. Captiuorum permutatio. Colonia

lonia deducta. Lustrum. Iudicium de Claudia Claudij sorore: Prætores duo creati: De Cacilio Metello Pontifice: Aulo Posthumio Consule, eodemq; flamine Diali. Victoria C. Lusitani de Pœnis ad Ægates insulas: Pax iisdem data. De Templo Vesta & Cacilio Metello quædam: Tribus dñæ adiecta: Falisci rebelles, sexto die victi.

Cæcilius Metellus, rebus aduersus Pœnos prosperè gestis, speciosissimū egit triumphum, XIIII. ducibus hostium, & CX X. elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher COS qui contra auspicia profectus iussit immersi pullos qui cibari solebant, infeliciter aduersus Carthaginenses classe pugnauit: & reuocatus à senatu iussusq; dictatorem dicere, C. Glauциā dixit, sortis vltimè hominem, qui coactus abdicare se magistratu postea ludos prætextatus spectauit. Attilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnjs captiuorum commutatio facta est. Coloniae deductæ sunt, Fregelle, in agro Salentino Brundusium. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCI. millia, CCXII.

Claudia soror P. Claudij, qui contemptis auspiciis male pugnauerat, à ludis diuertens, cùm turba premeretur, dixit: Utinam frater meus viueret, iterumque classem duceret. ob eam causam mulierata est. Duo prætores tum primum creati sunt. Cæcilius Metellus pontifex maximus A. Posthumium consulem, quoniam idem & flamen Marialis erat, cùm ille ad bellum gerendum proficisci vellet, in vrbe tenuit, ne passus est à sacris recedere. Rebus aduersus Pœnos pluribus ducibus gestis, summam victoriz

C. Luctatius consul vieta ad Ægates insulas classe Pœnorum, finē bello imposuit. Petentib. Carthaginiensibus pax data est. Cūm templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus pontifex maximus ex incêdio sacra rapuit. Duæ tribus adiectæ sunt, Velina, & Esquilina. Falisci cūm rebellassent, sexto die domiti in deditioñe venerūt.

LIBER XX.

Colonia deducta. Bellum Ligusticum. Sardi & Corsi vidi : Vestalis damnata : Illyrii victi & de legato ab eis violato : Prætores quatuor : Galli vici : Exercitus Romanorum 300. millium. Insubres vici. Marcelli opima spolia de Viridomaro duce Insubrum. Vici Istri & Illyrij. Lustrum. Libertini in 4. tribus redacti antea dispersi : Colonia deducta.

S Poletium colonia deducta est. Aduersus Ligures tunc primùm exercitus promotus est. Sardi & Corsi cūm rebellassent, subacti sunt. Tertia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellū Illyriis propter vnū ex legatis qui ad eos missi erant, occisum, indictum est : subactiq; in deditioñem venerunt. Prætorum numetus ampliatus est, vt essent quatuor. Galli transalpini, qui in Italiam eruperant, cæsi sunt. Eo bello P. R. sociorum Latiniq; nominis CCC. millia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis tum primùm trans Padum ductis, Galli Insubres aliquot præliis in deditioñem venerūt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insubriū Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt. Item Illyrij. cūm rebellassent, domiti in deditioñe venerunt. Lustrum à censoribus conditum est : ex quo censæ sunt ciuium capita CCLXX. millia. Libertini in quatuor

quatuor tribus redacti sunt: cùm antea dispersi
tuissent: Esquilinam, Pálatinam, Suburranam,
Collinam muniuit, & circum Flaminium extrá-
xit. Coloniae deductæ sunt in agro de Gallis ca-
pto, Placentia, & Cremona.

LIBER XXXI.

Bellum Punicum secundum: Annibal Saguntum
capit: per Gallias in Italiam venit. vicit Romanos ad
Ticinum & ad Trebiam. Cn. Cornelius Scipio in Hi-
spania Magonem capit.

IN Italia belli Punici secundi acta narrantur:
¶ Annibalis Pœnorum ducis contrafoedus
per Iberum amnem transitus: à quo Saguntus
sociorum P.R. ciuitas ostauo mense capta est.
de quibus iniutiis missi legati ad Carthaginien-
ses, qui quereréntur. & cùm satis facere nollent:
bellum iis indictum est. Annibal superato Py-
renæo saltu, per Gallias, fusis qui obſistere ei
conati erant, ad Alpes venit: & laborioso per
eas transitu, cùm montanos quoq; Gallos ob-
uios aliquot præliis repulisset, descendit in Ita-
liam: & ad Ticinum amnem Romanos eque-
ſtri prælio fudit: in quo vulneratum P. Corne-
lium Scipionem protexit filius, qui Africani
postea nomē accepit. Iterumq; exercitu Rom-
ad flumen Trebiam fuso, Annibal Apenninum
per maximam militum vexationem propter
vix tempestatum transiit. Cn. Cornelius Sci-
pio in Hispania contra Pœnos prosperè pugna-
uit, duce hostium Magone capto.

LIBER XXXII.

Annibal oculū amittit: in Hetruriā venit. C. Fla-
minius Consulem superat ad Trasimenum. Cōſternatio
Roma: Ver sacrum vorū. Q. Fabius Maximus Dictator

Epitomator Linij

■ ■ +

aduersus Annibalem. M. Minutium temerariè pugnantem seruat. Annibal vastata Campania clausus, arte euadit & praesidia Romana fugat. Vincit at Cannas P. & Emilius & Terentium Varronem. P. Cornelius Scipio retinet nobiles Romanos consilium de relinquenda urbe incuntes. Trepidatio urbis. In Hispania res fæciter gesta. Vestales damnatae. Serui armati. Capriui non redemti. Varroni obuiam itum & gratia alta quod de Repub. non desperasset.

Annibal per cōtinuas vigilias in paludibus oculo amissō, venit in Hetruriam: per quas paludes quatuor duo & tribus noctibus sine villa requie iter fecit. C. Flaminius consul homo temerarius contra auspicia profectus, signis militari bus effossis, quæ tolli non poterant: & ab equo, quem cōscenderat, per caput deuolutus, insidiis ab Annibale circumuentus ad Thrasimenum lacum cum exercitu cæsus est. Sex M. quæ eruperant fide ab Maharbale data, perfidia Annibalis vincita sunt. Cum ad nuntium cladi Romæ luctus esset, duæ matres insperatò receptis filiis, gaudio mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris versacrum votum. Cum deinde Q. Fabius Maximus dictator aduersus Annibalem missus nollet acie cum eo configere, ne contra ferocem tot victoriis hostem, territi aduersis præliis militem pugnare committeret, & opponendo se tantummodo conatus Annibalis impediret: M. Minutius magister equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem tanquam timidum & segnem, effecit ut populi iussu ei imperium cum dictatore squaretur, diuisoq; exercita cum in iniquum locum confixisset, & in maximo discrimine legiones eius efficeret;

essent, superueniente cum exercitu Fabio Maximo, ex discrimine liberatus est quo beneficio victus, castra cum eo iunxit, & patrem eum salutauit, idemq; milites facere commilitonibus iussit. Annibal vastata Campania inter Casilinum oppidum, & Calliculam montem à Fabio clausus, sarmenis ad cornua boum alligatis, & incensis, præsidium Romanorum quod Calliculam insidebat, fugauit, & sic transgressus est saltum. idemq; Fabij Maximi dictatoris, cùm circumposita vreret, agro pepercit, vt illum tanquam proditorem suspectum ficeret. Æmilio deinde Paulo & Terentio Varrone consulibus, & ducibus cum maxima clade aduersus Annibalem ad Cannas pugnatum est, cæsaq; eo prælio Romanorum X L V. millia cum Paulo consule, & senatoribus L X X X. consularibus atq; prætoriis aut ædiliis X X X. Post quam cladem cùm à nobilibus adolescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui postea Africanus nuncupatus est, stricto super capita deliberantium ferro, iurauit pro hoste se habiturum eum, qui in verba sua non intrasset: effecitq; vt omnes minimè relictum iri à se Italiam iureiurando astringerentur. Præterea trepidationem vrbis & luctum, & res in Hispania meliore euentu gestas continet. Opimia & Floronia Vestales virgines incesti damnatae sunt. Propter paucitatem verò militum, seruorum octo M. armata sunt. Captiui, cùm potestas esset redimendi, redempti non sunt. Varroni obuiam itum est, & gratiæ actæ, quod de Repub. non desperasse.

Campani ad Annibalem deficiunt. Mago legatus anulorum modium effundit. Pacem Pœni repuunt: Marcellus ad Nolam prosperè pugnat: Campua luxuriatus Annibal is exercitus eneruatur. Casilini fames summa. Senatus suppletur equestribus. Galli vincunt L. Postumium. Cn. & P. Scipionum in Hispania victoria. Reliquia Cannenses in Sicilia. Societas Annibal is & Philippi Macedonia regis: Campani cœsi à Sempronio Graccho. T. Manlius Prætoris in Sardinia victoria. Cl. Marcelli ad Nolam de Annibale victoria: primus Romanorum spem belli meliorem dedit.

Campani ad Annibalem defecere. Nuntius Cannensis victorix Mago Carthaginé missus annulos aureos à digitis occisorum Romanorum detractos in vestibulo curiæ fudit. Quos excessisse modij mensuram traditur. post quem quidem nuntium Hauno ex Pœnis vir nobilissimus suadebat senatui Carthaginensi ut pacem à P.R. peterent: nec tenuit, obstrepende Barchina factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam eruptione aduersus Annibalem ex oppido facta, prosperè pugnauit. Exercitus Annibal is per hyberna Capuz ita luxuriatus est, ut corporum viribus atq; animorum eneruantur. Casilinum à Pœnis obsecsum ita fame vexatum est, ut lora, & pelles scutis detractas, item mures essent, & nucibus per Vulturnum amuem à Romanis missis vixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus CXCVII. supplex est. L. Posthumius prætor à Gallis cum exercitu exsiliis est. Cn. & P. Scipiones in Hispania Afrubalem vicerunt, & Hispaniam suam fecerunt.

terunt. Reliquæ Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne recederent inde, nisi si nito bello. Inter Philippum Macedonum regem & Antibalem societas iuncta est. Sempronius Gracchus C O S. Campanos cœcidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio prætore aduersus Pœnos Sardosq; res gestas continet, à quo Asdrubal dux, & Mago, & Hanno capti. Claudius Marcellus prætor Annibalis exercitum ad Nolam prælio fudit, & vicit, primusq; omnium tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.

LIBER XXXIIII.

Hieronymi Syracusij ad Pœnos defectio, sauitia, mors: Vittoria T. Sempronij de Pœnis ad Beneuentum; eaq;, opera seruorum quos liberos esse iussit. Cl. Marcellus Syracusas obsidet. Philippo Macedonia regi bellum inditum. vincitur Philippus ad Apolloniam: mittitur in eum Valerius Prætor. Scipionum res gesta in Hispania. Syphax. Masanissa: Celtiberi in amiciam recepti: primi Romanorum in castris mercenarij.

Hieronymus Syracusanorū rex, eius auus Hiero amicus P. R. fuerat, ad Carthaginenses defecit: & propter crudelitatē superbiamq; à suis interfactus est. T. Sempronius Proconsul prosperè aduersus Pœnos & Hannonem dum ad Beueuentum pugnauit, seruorum maximè opera: quos liberos esse iussit. Cl. Marcellus C O S. in Sicilia, quæ propè tota ad Pœnos defecerat. Syracusas obsidet. Philippo Macedonia regi bellum inditum est: qui ad Apolloniam nocturno prælio oppressus, fugatusq;; in Macedoniā cum propè inermi exercitu profugit. ad id bellū gerendū Valerius prætor missus

Epiromaccr Linij

est. Res præterea in Hispania à P. & Cn. Scipionibus aduersus Carthaginenses gestas cōtinet. Syphax rex Numidatum in amicitiam ascitus contra Masanissam regem Masæfolorum pro Carthaginienib[us] pugnans, victus, in Hispaniam ad Scipionē cum maxima manu transiit contra Gades: vbi angusto freto Africa & Hispania dirimuntur. Celtiberi quoq[ue] in amicitia recepti sunt: quorum auxiliis accitis, tunc primum mercenarium militem Romana castra habuerunt.

LIBER XXXV.

P. Cornelius Scipio adilis ante annos legitimos. Annibal Tarentum caput: Ludi Apollinares instituti. Vincitur Hanno à Q. Fulvio & App. Claudio: T. Sempronius à Magone: Centenius Penula & Cn. Fulvius Prator ab Annibale. Capua obsessa: Syracuse captā à Marcello anno 3. Scipiones in Hispania profligati: sed contractu reliquiu exercitus, L. Martij equitu virtute bina hostium castra expugnata.

P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante legitimos annos ædilis factus est Annibal urbem Tarentum præter arcem per Tarentinos iuuenes, qui se noctu venatum ire simulauerat, cepit. Ludi Apollinares ex Marcij carminibus, quibus Caunensis clades prædicta fuerat, instituti sunt. A Q. Fulvio & Ap. Claudio COS. aduersus Hannonem Pœnorum ducē prosperè pugnatum est. T. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano in insidias ductus, à Magone interemptus est. Centenius Penula, qui centurio militauerat: cùm petisset à senatu ut sibi exercitus daretur, pollicitusque esset si hoc impetrasset, de Annibale victoriā: octo M. acceptis

acceptis militum dux factus, conflixit acie cum Annibale: qui cum exercitu eum cecidit. Cn. Fulius prætor malè aduersus Annibalem pugnauit: in quo prælio hominam sexdecim M. ceciderunt: ipse cum equitibus C. C. effugit. Capua obsessa est à Q. Fulvio, & ab Ap. Claudio C. O. S. S. Cl. Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio: & ingentem se virum geslit. in eo tumultu urbis captæ Archimedes intentus formis quas in puluere descripscerat: interfecitus est. P. & Cn. Scipiones in Hispania tot tantarumq; rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt, propè cum totis exercitibus cæsi anno octauo quam in Hispaniam iuerāt. amis- saq; eius prouinciæ possessio foret, nisi L. Martij equitis Rom. virtute & industria contractis exercituum reliquijs, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. ad X X X V I L millia cæsa: ex mille octingentis præda ingens capta. dux Martius appellatus est.

LIBER XXXVI.

Annibal ad portas. Capua capta à Q. Fulvio & Appio Claudio. Senatus Campanorum securi percussus. P. Scipio P. filius in Hispania nouam Carthaginem uno die capit anno atatu 24. De rebus Siculi. Amicitia cum Aetoli. Bellum aduersus Acarnanas & Philippum Macedonia.

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. ipse vero cū duobus M. equitum vsq; ad portam Capenam, ut urbis situm exploraret, obequitauit, & cūm per triduum in aciem vtrinq; exercitus omnis descendisset: certamen tempestas diremit. nam cūm in castra rediissent, statim serenitas erat.

Epiromator Liuij

Capua capta est à Q. Fulvio & App. Claudio COSS. principes Campani veneno sibi concuerūt mortem. Cūm senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi feriretur: literas à senatu missas Q. Fulvius CO S. quibus iubebatur parcere: antequam legeret, in sinu posuit, & lege agi iussit: & supplicium peregit. Cūm in comitiis apud populum quereretur cui mandaretur Hispaniarum imperium: nullo id volente suscipere. P. Scipio P. filius, qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum. & suffragio populi, consensuq; omnium missus. Non uain Carthaginem uno die expugnauit, cūm ageret vigesimum quartum annum: videreturque diuina stirpe creatus: quoniam & ipse possedeaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis sapenumero visus est. Res præterea in Sicilia gestas continet, & amicitiam cum Aetolis iunctam, bellumq; gestum aduersus Acauanas & Philippum Macedonum regem.

LIBER XXXVII.

Victoria Annibalis de Cn. Fulvio prætore. Cl. Marcelli de Annibale ad Numiströnem. Annibal fugit, vincit, vincitur. Tarētini capti à Fabio Maximo. Victoria Scipionis de Asdrubale ad Berulā in Hispania. Victoria Annibalis de Cl. Marcello & T. Quintio Crispino Coss. De rebus gestis aduersus Achaeos ac Philippum P. Sulpicio Prætore. Lustrum triste, uictoria M. Luij & Cl. Neronis de Asdrubale.

C N. Fulvius prætor cum exercitu ab Annibale cōfusus est. Meliore euentu à Cl. Marcello CO S. aduersus eundem ad Nuiniströnem pugnatū est, inde Annibal noctu recessit. Marcellus

cellus infuscatus est: & subinde cedentē pressū, donec effugeret. Priore pugna Annibal superior fuit: Marcellus in sequenti. Fabius Maximus pater cōsulis Tarentinos per ditionem accepit. In Hispania ad Betulam Scipio cum Asdrubale Amilcaris confixit, & vicit. inter alia captum puerum regalem eximiae formae ad annunculum Masanissam cum donis misit. CL. Marcellus, T. Quintius Crispinus C O S S. speculandi causa egressi ē castris, insidiis ab Annibale circumventi sunt. Marcellus occisus fuit: Crispinus fugit. Res præterea à P. Sulpitio prætore aduersus Philippum & Achæos gestas continet. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita centura triginta septem millia, cētum & octo. ex quo numero apparuit quātum hominum tot præliorum aduersa fortuna pop. Rom. abstulisset. Asdrubal, qui cum exercitu nouo transcederat Alpes, ut se Annibali coniungeret: cum militibus hominum LV I. cæsus est M. Liuij consulis duxi, non minore opera Clandij Neronis consulis: qui cū Annibali oppositus esset, relictis castris, ita ut inimicum falleret: electa manu profectus Asdrubale in circunuenit.

LIBER XXXVIII.

De rebus in Hispania gestis. De rebus ab Attalo regi Asia in Philippū gestis. Triumphi Liuij & Neronis varijs. Vestalu damnata ob ignem extinctum. P. Scipio Hispania recipit: in Africam transuersus sœdus initum Syphace. Asdrubal cum Scipione in eodem lecta: Munus gladiatorium regium Scipionis nouæ Caethagini. Astapanorum voluntaria mors: Scipio exercitus et Hispanicos morsus sedat. Amitiam Epitomator Liuij

init cum Masanissa rege Nuridarum & Gaditanis.
Siciliam sortitur, cum Africā optaret. Mago in Italia.

Res in Hispania prosperè gestæ a Scyllano
Scipionis legato, & L. Scipione fratre ad-
uersus Pœnos, à Sulpitio Procos. & ab Attalo
rege Asiræ aduersus Philippum regem Macedo-
num pro Aetolis referuntur. Cum M. Liuius, &
Claudio Neroni C O S S. triumphus decretus
esset: Liuius qui in prouincia sua rem geslerat,
quadrigis inuectus est: Nero, qui in collegæ
prouinciam, ut victoriam eius adiuuaret. vene-
rat, equo est secutus: & in hoc habitu plus glo-
riæ reuerentiaq; habuit. nam & plus in bello
quam collega fecerat. Ignis in æde Vestæ negli-
gentia virginis, quæ non custodierat, extinctus
est virgo cæsa est flagro. P. Scipio in Hispania
cum Pœnis debellauit X I I I. anno eius belli,
anno quinto posteaquam ierat: exclusisque in
totum possessione eius hostibus, Hispaniam
recepit: & à Tarracone in Africain ad Sypha-
cem regem Numidarū duobus nauigiis trans-
uectus, fœdus iunxit. Asdrubal Gisgonis ibi cū
eo in eodē lecto accubuit Munus gladiatoriū
in honorem pattis patruiq; Carthagini Nouæ
dedit, non ex gladiatoribus, sed ex iis qui aut
in honorem ducis, aut ex prouocatione in cer-
tamen descendebant: in quo reguli fratres de
regno ferro contenderunt. Cum Astapa vrbs ab
Romanis oppugnaretur, oppidani liberos &
coniuges rogo extructo occiderunt: se insuper
præcipitaverunt. Ipse Scipio dum graui morbo
implicitus esset: seditionem in parte exercitus
motam confirmatus discussit: rebellantesque
Hispaniæ populos coegit in ditionē venire.

Et

Et amicitia facta est cum Masanissa rege Numidum: qui illi quidem auxilium si in Africam traieceret. pollicebatur. cum Gaditanis quoq; post discessum inde Magonis, cui ex Carthagine scriptum erat ut in Italiam traiceret, Romā reuersus, consulij; creatus. Africam prouinciā petenti, contradicente Q. Fabio Maximo. Sicilia data est: permisumq; ut in Africam traiceret: si ex Repub. esse censeret. Mago Amilcaris filius à minore Baleari insula, vbi hyemarat, in Italiam traiecit.

LIBER XXIX.

Præda Africa à C. Lælio reportata. De Masanissa quædam. Bellum in Hispania Indibilis & Mandoniū finitum. Mago cum exercitu in Liguria. Scipio Laco recipit. Taxcum Philippo facta. Idea mater Romanam deportata, (tradita Romæ per Attalum Asie regem) carmine Sibyllino inuenito, pelli Italia alienigenarū hostem ita posse. Locrenses conqueruntur Ron. a. de impotentiā Q. Pleminij legati: & de eo iudicium. Scipio calumnia liberatus in Africam traicit. Syphax summa Asdrubalis Gisgonis filia, amicitia Scipionis renuntiat. Regnum Masanissa occupat. Ad Uticam res gestæ Scipionis. Victoria Sempronij de Annibale in agro Crotoniens. Lustrum: Censura M. Liuij et Cl. Neronis mutuz, & in onnes tribus.

EX X. Sicilia C. Lælius in Africam à Scipione missus, ingentem prædam reportauit: & mandata Masanissa Scipioni exposuit, conquerentis quod non exercitum in Africam traieceret. Bellum in Hispania finitum, victore Romano: quod Indibiliis excitauerat. ipse in acie occisus: Mandonius ex postcentibus Romanis. à suis deditus est. Magoni, qui in Galliam & Ligei.

guriam ierat, ex Africa & militum ampla manus missa, & pecunia, quibus auxilia conduce-set: præceptuq; ut se Annibali iungeret. Scipio à Syracusis in Brutios traiecit: & Locros, pulso Punico præsidio fugatoq; Annibale, recepit. Pax cum Philippo facta est. Idæa mater deportata est Romam à Pessinunte oppido Phrygiæ, carmine in libris Sibyllinis inuento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idæa deportata Romam esset. tradita autem est Romanis per Attalum regem Asie. lapis erat, quem matrem deum intolz dicebant. excepit P. Scipio Nasica, Cn. filius, eius qui in Hispania perierat: vir optimus à senatu iudicatus, adoleſcens nondum quæstorius: quoniam ita respōsum habebatur, ut numen id ab optimo vi-ro reciperetur, consecrareturque. Locrenses legatos Romam miserunt, qui de importentia Q. Pleminij legati quererentur, quod pecuniam Proserpinæ abstulerat, & liberos eorum & coniuges stuprauerat. Pleminius in catenis Romam perductus, in carcere mortuus est. Cum falsus rumor de P. Scipione proconsule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tanquam luxuriaretur: missis ob hoc legatis à senatu qui exploraret an ea vera essent: purgatus infamia Scipio in Africam traiecit senatus permissu. Syphax accepta in matrimonium Asdrubalis Gisgonis filia, amicitiæ quam cum Scipione ipse iunxerat, renuntiauit. Masanissa rex Massulorum, dum pro Carthagine in Hispania militat, amissò patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum sæpe repetito, aliquot præliis à Syphace rege Numidarum victus, in totum priua-

tus est: & cum ducentis equitibus exul Scipioni se ianxit: & cum eo primo statim bello Han nonem Amilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio aduentu Asdrubalis & Syphacis, qui propè cum centum millibus armatorum venerant, ab obsidione Uticę depulsus, hiberna communivit. Sempronius C O S. in agro Crotoniensi prosperè aduersus Annibalem pugnauit. Lustrum à censoribus cōditum est. censa sunt ciuium capita C C X V. millia. Inter censores M. Liuum & Claudium Netonem notabilis discordia fuit. nam & Claudio Liui collegę equum ademit, quòd à pop. Rom damnatus, actusq; in exilium fuerat: & Liuius Claudio quòd falsum in se testimonium dixisset & quòd minimè bona fide secum in gratiam redisset. idem omnes tribus, extra vnam, atrarias reliquit: quòd & innocentem se damnassent, & postea consulem censoremq; fecissent.

LIBER XXX.

Victoria Scipionū in Africa, de Pœnī, Syphace & Asdrubale. De Masanissa & Sophonisba nonnulla scitu digna. Annibal ex Italia reuocatus, cùm annis XVII. in Italia fuisset. Annibal in Africa de pace cū Scipione frustra colloquiur, vni. irur ab eod. m. Tax Carthaginensibus data. Mago ex agro Insubrum reuocatus in Africam, moritur. Triumphus Scipionis Romæ; Africanus dict. ac p. imius Imperator vitta & se nomine genrū nobis traxit.

In Africa Scipio Carthaginenses, & eund. m. Syphacem Numidatum regem, Asdrubalemque pluribus præliis vicit adiuuante Masanissa: binaque hostium causa expugnauit. in Epitomator Liuy.

quibus X L. millia hominum ferro igniq; consumpta sunt. Syphacem per C. Lælium cepit. Masanissä Sophonisbam vxore Syphacis, filiā Asdrubalis, captam statim adamauit: & nuptiis fastis vxorem habuit: castigatusq; à Scipione. venenū ei transmisit: quo quidein hauſto illa decessit. Effectumq; est multis Scipionis victoriis ut Carthaginenses in desperationem acti. in auxilium publice salutis Annibalem ex Italia regocarent. isq; anno decimo sexto Italia discedens, in Africā traiecit: tentauitq; per colloquium pacem cum Scipione componere: & cùm de cōditionibus pacis non conuenisset, acie victus est. Pax Carthaginensibus data est potentibus. Annibal Gisgonem pacem dissuadentem, manu sua detraxit: excusa deinde temeritate facti ipse pacē suasit. Mago bello quo in agro Insubrium cum Romanis confixerat, vulneratus, dum in Africā per legatos reuocatus reueteretur: ex vulnerē mortuus est. Reuersus in urbē Scipio, amplissimum nobilissimumq; egit triumpnum: quem Q. Terentius Cylleo censor pileatus secutus est. Scipio Africanus incertum militari prius fauore, an populari aura ita cognominatus sit, primus certe hic imperator vietx a se nomine gentis nobilitatus est.

LIBER XXXI.

Belli Macedonici causa: P. Sulpicius Consul in Macedoniam missus prospere pugnas. Abydenorum q; Philippo obsecratus post Saguntini exiit. V. Eloria. L. Furius Prætor de Gallis q; Amilcare in Insubria. Dakeno Macedonice nonnulla. Triumphus L. Furius de Gallia.

Bellum

Belli aduersus Philippum Macedoniæ regē, quod intermissum erat, repetiti causæ ferūtur hæ. Tempore initiorum duo iuuenes Acarnânes, qui non initiati etant, Athenas venerunt, & in sacrarium Cereris cum aliis pluribus suis intrauerunt. ob hoc, tanquam nefas summum commisissent, ab Atheniēsibus cæsi sunt. Acarnânes mortibus suorum commoti, ad vindicandum illos auxilium à Philippo petierūt. Paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam, quingentesimo quadragesimo anno ab Urbe condita, cum Atheniēnum qui obsidebantur à Philippo, legati auxilium à senatu petiſſent, & senatus id censuſſet ferendū, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, dissidentiē, tenuit autoritas patrum, ut sociæ ciuitati ferri ope in populus quoq; iuberet. Bellum id P. Sulpitio consuli mandatum est: qui exercitu in Macedoniam ducto, equestribus præliis cum Philippo prosperè pugnauit. Abydeni à Philippo obſeffi, ad exemplum Saguntinorum suos seq; occiderunt. L. Furius prætor Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum bellum in ea parte molientem, acie vicit. Amilcar eo in bello occisus est, & millia hominum XX X V. Præterea expeditiones Philippi regis, & Sulpitij cōſulis, expugnationesq; urbium ab utroq; factas continet. Sulpitius C O S. adiuvantibus rege Attalo & Rhodiis bellum gerebat. Triumphauit de Gallis L. Furius prætor.

LIBER XXXII.

Prodigia nonnulla. T. Quintij Flaminini vittoria: de Philippo in amicitiam Achai recepto. Seruatur Epitomator Liuij

coniuratio de soluendo Carthaginensibus obsidibus.
Prætores sex creari. Victoria Cornelia de Insubribus.
Amicitia iuncta cum Spartanis & Nabide. Victoria
Macedonica.

Conplura prodigia ex diuersis regionibus
nuntiata referuntur: inter quæ in Macedo-
nia in puppi longæ nauis lauream esse natam.
T. Quintius Flamininus C O S. aduersus Philip-
pum feliciter pugnauit in fauibus Epixi fugi-
tumque coegit in regnum reuerti. Ipse Thesæ-
liam, quæ est vicina Macedoniz, locis Aetolis
& Athamanibus vexauit. L. Quintius Flaminini-
us consulis frater nauali prælio, Attalo rege
& Rhodiis adiuuantibus, Eubœam, & mariti-
nam oram cepit. Achæi in amicitiam recepi-
sunt. Coniuratio seruorum facta de soluendis
Carthaginensibus obsidibus, oppressa est. I re-
torū numerus ampliatus est, ut seni crearentur.
Cornelius C O S. Gallos Insubres prælio fudit.
Cum Lacedæmoniis, & tyranno eorum Nabide
amicitia iuncta est. Præterea expugnationes
urbium in Macedonia referuntur.

L I B E R X X X I I I .

Victoria T. Quintij Flaminini de Philippo. Cle-
des Sempronij Tuditanæ in Cæliberia. Mors Attali.
Pax Philippo: Libertas Gracie data. Victoria L.
Furij & Cl. Marcelli de Boii & Insubribus. Trium-
phus Marcelli. Annibal profugit ad Antiochum
Syria.

Titus Quintius Flamininus proconsul cum
Philippo ad Cynoscephalas in Thesælia
acie victo debellauit. L. Quintius Flamininus
frater proconsulis, Acarnanes, Leucade urbe,
quæ caput est Acaraniz, expugnata in dedi-
ctionem

tionem accepit. C. Sépronius Tuditanus pretor à Celtiberis cum exercitu casus est. Attalus à Thebis ob subitam valetudinem translatus decessit. Pax petenti Philippo. Græciz libertas data est. L. Furius & Claudius Marcellus consules Boios & Insubres Gallos subegerūt. Marcellus triumphauit. Annibal frustra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epistolas aduersar factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant, profugus ad Antiochum regem Syriæ se cōtulit, bellum contra Romanos parantem.

LIBER XXXIIII.

Lex Oppia de stringendo cultu matronarum abrogata, Porco Catone admodum dissuadente: Idem Cato citeriorem Hispaniam pacat. Spartanis & Nabide victis, pax data à T. Quintio Flaminino. Ludos tunc primum senatus à populo secerus spectauit Censorum interuenit. Colonia deducta. Triumphus Porcius Catonis de Hispania. De rebus gestis aduersus Boios & Insubres. Triumphus Flaminini triduanus. Annibalem moliri bellum aduersus Romanos legari Carthaginensium Romanos admonent.

*L*Ex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de stringendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima cōtentione abrogata est: cum Porcius Cato autor fuisset ne ea lex aboleretur. Is in Hispaniā profectus bello quod Emporiis orsus est, citeriorem Hispaniam pacauit. T. Quintius Flamininus bellum aduersus Lacedæmonios, & tyrannum eorum Nabidem prosperè gestum, data iis pace, quale ipse voluit: liberatisq; Argis, qui sub ditione Epitomæ Longi

tyranni erant, finiuit. Senatus tunc primum secretus à populo ludos spectauit. vt id fieret, Sex. Ælius Paxtus, & L. Cornelius Cethagus censores interuenerūt cum indignatione plebis. Coloniæ pleriq; deductæ sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphauit. Res præterea aduersus Boios & Insubres Gallos feliciter gestæ referūtur. T. Quintius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Macedoniorum tyrannum vicerat, Græciamque omnem liberauerat: ob hinc rerum gestarum multitudinem triduo triu mphauit. Legati Carthaginiensium nuntiauerunt Annibalem, qui ad Antiochum cōfugerat, bellum cum eo moliri. tentauerat autem per Aristonem Tyrium sine literis Carthaginem missum ad rebellandum Pœnos concitare.

LIBER XXXV.

*Colloquium P. Scipionis Africani cum Annibale.
Trodigia Apparatus belli in Antiochum. Nabis defecit à Romanis. pugnans aduersus Philopæmenem interficitur ab Etoli. Etoli à Romanis deficiunt & cum Antiocho Syria Græciam inuadunt. De rebus in Liguria gestis & apparatu in Antiochum.*

P^o Scipio Africanus legatus missus ad Antiochum, Ephesi cum Annibale, qui se Antiocho iunxerat, collocuius est: vt, si fieri posset, metum vitæ, quæ ex pop. Rom. conceperat, eximeret. Inter alia cùm quereret ab Annibale, quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederebat. respondit, Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset: quodq; ultimas oras, quas visere

Supra

supra fidem humanam esset, peragrasset. quæ
renti deinde quem secundum poneret: inquit
Pyrrhum: eò quod castra metari docuisset: ad
hæc neminem elegantiùs loca cepisse, præsidia
disposuisse, exequenti quem tertium diceret:
semper dixit. ridens Scipio, quidnam tu dices,
si me, inquit, viciſſes? tunc verò, inquit, me &
ante Alexādrum, & ante Pyrrhum, & ante alios
posuissim. Inter ea prodigia, quæ plurima fuisse
traduntur: bouem, Cn. Domitio consule, lo-
cutum, Roma cane tibi, refertur. Apparant in
Antiochū bellum Romani. Nabis Lacedæmo-
niorum tyrannus incitatus ab Ætolis, qui &
Philippum & Antiochū ad inferendum bellū
pop. Rom. solicitabant, à pop. Rom. desciuit,
& bello aduersus Philopœmenem Achæorum
prætorē gesto, ab Ætolis imperfectus est. Ætoli
quoq; ab amicitia pop. Rom. defecerunt. cum
quibus societate iuncta Antiochus Syriæ rex
cum bellum Græcię intulisset, complures vrbes
occupauit: inter quas Chalcidem, & totam Eu-
boeam. Res præterea in Liguribus gestas, & ap-
paratum belli ab Antiocho continet.

LIBER XXXVI.

*M. Acilius Glabrio Antiochum Gracia expulit.
Ætolas subegit. Scipio Nasica adem matris Deum
dedicat. De Bois & Galli triumphat. De his qua mani
gesta aduersus Antiochum.*

MApud Thermopylas, Philippo rege adiu-
nante, victum Græcia expulit: ideinq; Ætolas
subegit. P. Cornelius Scipio Nasica COS. adem
matris deum, quam ipse in Palatium intulerat,
vir optimus à senatu iudicatus, dedicauit:

idemq; Boios & Gallos vicos in ditionem accepit, & de iis triumphauit. Præterea naualia certamina prospera aduersus præfectos Antiochi regis referuntur.

LIBER XXXVII.

L. Cornelius Scipio T. Scipione Africano legato & C. Lelio comite primus Romanorum ducum in Asiam traiecit. Victoria Emylii Regilli de Antiocho ad Myonesum. Caprius filius Africani ab Antiocho remissus. Triumphus Glabroniu de Antiocho. Pax Antiocho data, viito à L. Cornelio Scipione, ut omnibus prouincijs citra Taurum montem cederet. Seviorum Eumeni & Rhodiorum possessiones ampliatae. Triumphus Regilli nanus. P. Scipio Africani appellatus.

L. Cornelius Scipio C O S. legato P. Scipio-ne Africano, qui se fratribus legatum futurum dixerat, si ei Græcia, & Asia prouincia degerneretur, cum C. Lelio, qui multum in senatu poterat, ea prouincia dari videretur: profectus ad bellum aduersus Antiochum gerendum, in Asiam primus omnium Romanorum ducum traiecit. Emylius Regillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myonesum, Rhodiis adiuuantibus. Filius Africani ab Antiocho captus patri remissus est. M. Aci-lius Glabrio de Antiocho, quem Græcia expulerat &c de Aetolis triumphauit. Viito deinde Antiocho à L. Cornelio Scipione, adiuuante Eumene rege Attali Pergameni filio, pax data ea conditione, ut omnibus prouincijs citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo iuâte Antiochus vicitur erat, regnum ampliatum: Rho-

duc

diis quoq; qui & ipsi iuuerant quædā ciuitates concessæ. Colonia deducta est Bononia. & mylius Regillus, qui praefectos Antiochi naualē certamine vicerat, naualem triumphum duxit. L.Cornelius Scipio, qui cum Antiocho bellauerat, cognomine fratri coæquatus, Abancus appellatus est.

LIBER XXXVIII.

De rebus in Epiro & Aetolia gessis à M. Fulvio: in Gallogracia à Cn. Manlio, & de Gallograciorum origine: Lustrum. Amicitia iuncta cum Ariarathè Cappadocia. Triumphus Manlij. Dies dicta Scipioni Africano quasi preda Antiochë ararium fraudaser. Iudicium euitat, in exilium voluntarium concedit. Idem penè L. Afatice fratri eius accidit.

Marcus Fulvius C O S. in Epiro Ambracienses obfessos per deditonem accepit: Cephalenianam subegit: Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius C O S. collega eius Gallogrecos, Tolistobogios Tectosagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, cum soli circa Taurum montem minimè parent, vicit. Eorum origo, & cum eo loca quæ tenent, occupauerantque referuntur. Exemplum quoq; virtutis & pudicitiaz in foemina traditur: quæ cum regis Gallogrecorum vxor fuisset, capita centurionem qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum à censoribus conditum est, censa sunt ciuiū capita CCLVIII. millia & CCCXXVIII. Cum Ariarathè rege Cappadociæ amicitia iuncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum consilio fœdus Epitomator Liuji

cum Antiocho conscriperat: de Gallogracis, acta per se causa in senatu, triumphauit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam aiunt, à Petilio Acteo tribuno plebis, ut quidam, à Nævio, quod præda cum Antiocho, capta exariorum fraudasset: posteaquam is dies venit, euocatus in rostra, hac die, inquit, *Quirites Carthaginem vici*. & prosequente populo, Capitolium ascen- dit: inde, ne amplius tribunitiis iniuriis vexaretur, in voluntarium exilium Litternum con- cessit, incertum ibi, an Romæ defunctus. nam eius monumentum utroque fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem peculatus cri- mine accusatus, damnatusq.; cum in vincula & carcere duceretur: Tib. Sempronius Gracchus tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimi- cus erat, intercessit: & ob id beneficium Afri- cani filiam duxit. Cum populus quaestores in bona eius publicè possidenda misisset: non modò in iis nullum vestigium pecunia regis apparuit: sed nequaquam tantum in exariorum redactum, quanto summa erat damnatus. collatam à cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit: quix necessitati ei erat ad cultum, retenta.

LIBER XXXIX.

De Ligariibus subactis. De via Flaminia: De ini- viis luxuria ab exercitu Asiatico introductis: Baccha- nalia sublata. Quintius Flamininus senatu morus, & cur. Scipionis Africani mors. Item Annibal. Item Philopæmenis. Colonia deducta. De rebus in Celtiberia gestis & initiis belli Macedonici secundi.

AEmilius C O S. ligutibus subactis, viam à Placentia usq; Ariminum perducentam Flaminia

minix iunxit. Initia luxurię introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures, quicunq; circa Apenninum erant, subacti sunt.

Bacchanalia sacrum Græcum, & quidem nocturnum scelerum odinum maximum seminarium, cùm ad ingentis turbæ coniurationem peruenisset: à consule inuestigatum: & multorum poena sublatum est. A censoribus L. Valelio Flacco, & M. Porcio Catone, vir & belli & pacis artib. maximus motus est senatu L. Quintius Flamininus T. Quintij frater, eò quòd cù Galliam prouinciam C O S. obtinuerat, rogatus à Philippo Poeno, quem amabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat: siue, vt quidam tradiderunt, vnum, damnatorum securi percusserat, rogatus à meretrice Placentina, cuius amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni decepsit. Et tanquam iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum virorum, Annibal à Prælia Bithynia rege, ad quem victo Antiocho confugerat, cùm dederetur Romanis, qui ad expascendum illum T. Quintium Flamininum misserant: veneno sibi in morte in conscientia. Philopoemen quoque dux Achæorum, vir maximus est à Messeniis interemptus veneno, cùm ab iis bello captus esset. Coloniae, Pollentia & Pisaurum & Mutina, & Parma deductæ sunt. Præterea aduersum Celtiberos prospere gestas, & initia causasq; belli Macedonici continet, cuius origo inde venit, quòd Philippus agre ferebat regnum suum mihi à Romanis, eò quòd cogeretur à Thracibus alijsq; locis præsidia deducere.

Epitomator Lanig

De Philippo Macedonia nonnulla quadam, & certamine inter eius liberos Perseum & Demetrium. De rebus in Liguria & Hispania gestis. Libri Numa inuenti. Colonia deducta. Mortuo Philippo Perseus succedit.

Cum Philippus liberos eorum quos in vinculis nobilissimorum quidem hominum habebat, conquiri ad mortem iussisset: Theoxena pro libertis suis & sororis admodum pueris regis verita libidinem, prolatis in medium gladiis, & poculo in quo erat venenum, suasit iis ut imminens ludibrium morte effugerent: & cum persuasisset, ipsa etiam se interemit. Certamina inter Philippi Macedonia regis liberos Perseum & Demetrium referuntur, & ut fraude fratri sui Demetrius confectis crimini bus, inter quæ accusatione patricidij, & affectati regni primum peritus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus est: regnumq; Macedoniæ mortuo Philippo ad Perseum deuenit. Item res in Liguribus & Hispania contra Celtiberos à complutibus feliciter gestas continet. Libri Numin Pompilij in agro L. Petilij scribz sub Ianiculo à cultoribus agri, in arca lapidea clausi, & Græci & Latini, inuenti sunt: in quibus plura, quæ dissoluendarum religionum erant prætor ad quem delati erant, cum legisset, iurauit senatui contra rem pub esse ut legerentur, seruarenturq;: & ex S.C. in comitio exusti sunt. Colonia Aquileia dedueta est. Philippus ægritudine animi confessus, quod Demetrium filium falsis alterius filii, in eundem delationibus impulsus veneno suscipiisset,

Instalisser, & de poena Persei cogitauit: voluitq;
Antigonum potius amicum suum successorem
regni sui relinquere: sed in hac cogitatione
morte raptus est regnum Perseus accepit.

LIBER XLII.

Ignis Vesta extinctus. In deditio-
neri à Tiberio Sempronio Graccho. Vaccei & Lusitani
ab A. Posthumio Albino visiti: Triumphus eiusdem:
Antiochus pro patre obses mortuo fratre Seleuco in
regnum dimittitur: Lustrum. Lex, ne quis heredem
muliherem instituerat. De rebus contra Ligures, Istros,
Sardos, & Celtiberos, & initio belli Macedonici ad-
uersus Perseum.

*I*gnis in æde Vestæ extinctus est. Tib. Sem-
pronius Gracchus proconsul Celtiberos vi-
atos in deditioñem accepit: monumentumque
opetum suorum Graccharim oppidum in Hi-
spania constituit. A Posthumio Albino pro-
consule Vaccei ac Lusitani subacti sunt. de-
trisq; triumphauit. Antiochus Antiochi filius
obses Romanis à patre datus, mortuo fratre
Seleuco. qui patri defuncto successerat, in re-
gnum Syciæ ab urbe dimissus. Lustrum à censo-
ribus conditum est. Censa sunt ciuium capita
CCLXXXIII. millia. CCXLIII. l. Q. Volum-
bius Saxa trib. pleb. legē tulit. ne quis heredem
muliherem institueret, suasit legem M. Cato. extat
oratio eius. Præterea res contra Ligures, Istros,
Sardos, & Celtiberos à compluribus ducibus
gestas cōtinet. & initia belli Macedonici quod
Perseus Philippi filius moliebatur. miserat
enim ad Carthaginenses legationem, & ab iis
nocte auditæ erat. sed & alias Graeciz ciuitates

Epitomæ orationis Liuÿ

solicitabat. qui præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Iouis Olympij & Antiochiz, vilissimum regem egit.

LIBER XLII.

De Fulvio Flacco nonnulla. De Eumene Asie, & bello iudicto Perseo Macedonia regi. De felici euentu P. Licinij Crassi aduersus Persum. Arbitrari finium inter Masenissam & Carthaginienses à Senatu missus. Legati ad socios in fide continendos. Lustrum. Victoria aduersus Corsos & Ligures.

Fvluius Flaccus censor templum Iunonis Laciniæ tegulis marimoreis spoliauit, ut axem quam dedicauerat, tegeteret. tegulæ ex S.C. reportatae. Eumenes Asia rex in senatu de Perseo Macedoniæ rege questus est, cuius iniuriaz in populum Romanum referuntur. ob quas bella ei iudicta. P. Licinius Crassius C O S. cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam transit: leuibusq; expeditionibus equestribus præliis in Thessalia cum Perseo felici euentu pugnauit.

Inter Masenissam & Carthaginienses de agro fuit dies ad disceptandum à senatu datus. Legati missi ad ciuitates socias, & reges rogandoz ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita CCLVII. millia. CCXXXI. Res præterea aduersus Corsos, & Ligures prospere gestas continet.

LIBER XLIII.

Iudicia in prætores. Prauinciarum spoliatores. Victoria P. Licinij Crassi in Gracia. Impotentia preflorum nauicium in sociis. De rebus in Thracia Dardania, Illyrico & Hispania gestis. De M. Aenylia Lepido principe Senatus.

PRAETO-

Ratores nonnulli cò quòd auarè & crude-
liter prouincias administrassent, damnati
sunt. P. Licinius Crassus proconsul complures
in Græcia vrbes expnagnauit, & crudeliter diri-
puit. ob id captiui qui ab eo venierant, ex S. C.
postea restituti sunt. A praefectis classium Ro-
manarum multa impotenter in socios facta.
Res præterea à Perseo rege in Thracia prosperè
gestas continent: & victis Dardanis, & Illyrico,
cuius rex erat Gentius, motus qui in Hispania
ab Olonico factus erat, ipso interempto conse-
dit. M. Aemilius Lepidus à censoribus prin-
ceps in senatu lectus.

LIBER XLIII.

*Vittoria Q. Marci Philippi & L. Aemiliij Pauli
in Macedonia & de Perseo rege. Vittoria Annij pra-
toris de Gentio rege Illyriorum. De legatu Cleopatra
& Ptolemai aduersus Antiochum, & de Perseo.*

Q V. Martius Philippus per saltus penetra-
uit in Macedoniam: complutesque vrbes
occupauit. Rhodij misere legatos Roinam, mi-
nantes ut Perseo essent auxilio nisi populus Ro-
manus cum eo pacem atq; amicitiam coniun-
geret. indignè id latum. Cùm id bellum L. A-
emylio Paulo sequētis anni consuli iterum man-
datum esset; Paulus in concione precatus est vt
quicquid diri populo Rom. immineret, supra
domum suam cōuerteretur: & in Macedoniam
profectus Perseum vicit: vniuersamq; Macedo-
niam in potestatem redegit. antequam confli-
geret, dixit exercitui, ne miraretur quòd iuni-
nocte proxima defectura esset. Gentius quoq;
rex Illyriorum cum rebellasset, ab Aninio præ-
Epiromator Liuij.

194 HIST. ANTIQ. LIB. III.
tore vixsus venit in deditio[n]em: & cum uxore,
& liberis, & propinquis Romam missus. Ab
Alexandria legati à Cleopatra & Ptolemao re-
gibus venerunt, querentes de Antioch[o] rege-
Syriæ, quod is bellum inferret. Perseus solici-
tatis in auxilium Eumene rege Pergami & Gé-
tio rege Illyriorū, quia is pecuniam quam pro-
miserat, minime dabat, ab eis relictus est.

L I B E R . X L V .

De Perseo capto ab Amylio Paulo. De Popili⁹ le-
gatione ad Antiochum. De legationibus variorum &
Rhodiorum apud Romanos. De Macedonia in pro-
vincia formam redacta. De triumpho Pauli Amyli⁹.
Lustrum. De Prusia. Bythinia rege & Nicomede eius
filio: eundem. Prusiam plenum adulatio[n]is libereun-
sa Pop. Rom. dixisse.

P Erseus ab Amylio Paulo in Samothracia
captus est. Cum Antiochus Syrie rex Ptole-
maum & Cleoparam, Aegypti reges obside-
ret: & missis ad eum à senatu legatis, qui iube-
rent ab obsidione socij regis absterret editisq;
mandatis, consideraturum se ille quid facien-
dum esset, respondisset: unus legatorum Popi-
lius virga regem circumscripsit: iussitque ante-
quam circulo excederet, responsum daret. qua
asperitate effecit ut Antiochus bellum omitte-
ret. Legationes gratulantium populorum ac
regum in senatum admissæ. Rhodiorum, quia
eo bellâ contra populum Romanum fuerant,
exclusa. postero die cum de eo quæreretur vi iis.
bellū indicaretur: causam in senatu patre suo
legati egerunt: nec tanquam hostes, nec tan-
quam socij dimitti. Macedonia in prouinciaz.
Iouani

formā redacta est. Aemylius Paulus repugnans
tibus militibus suis propter minorem p̄cedantē
& contradicente Servio Sulpitio Galba, triun-
phauit, & Perseum cum tribus filiis ante cœ-
rum duxit. cuius triumphi latitia, ne solida ei
contingeret, duorum filiorum funeralibus insi-
gnita est: quorum alterius mors, patris trium-
phum præcessit: alterius secuta est. Lustrum
conditum est à censoribus. Censa sunt ciuium
capita CCCXI millia, DCCCV. Prusias
Bithyniæ rex Romam, ut senatui gratularetur
ob victoriam ex Macedonia partam, venit, &
Nicomedem filium suum senatui commendar-
uit. rex plenus adulatio[n]is libertutis se populi
Romani esse dicebat.

LIBER XLVI.

Eumenes Romani venit. Lex, ne cuiquam regn-
Romam venire liceat. Victoria de Alpinis Gallis &
Liguribus. Legati Prusia aduersus Eumenem &
Antiochum. Societas cū Rhodijs. Lustrum. Princeps
Senatus M. Aemylius Lepidus. Ptolemeus Ägip-
pri rex restitutus. Amicitia renouata cum Aria-
rathe iuniore. De robis aduersas Ligures, Corsos; Lit-
uanos. De morte Antiochi. De occiso eius filio.
De Demetrio ei succedente in regnum. De morte L.
Aemylii Pauli Macedonici, eius abstinentia. De
Pompeiu paludibus à Cornelio Cerhego sicatis.

Eumenes rex Romam venit: qui quia Mace-
donico bello se medium egerat, ne aut ini-
mitus iudicatus videtur, si exclusus esset aut
liberatus criminis, si admitteretur in comitio
lex lata est, nō cuiquam regi Romam venire
liceret. Claudius Marcellus CO S. Alpines.

Gallos, C. Sulpitius Gallus. Ligures subegit. Legati Prusia regis conquesti sunt de Eumene, quod fines suos popularetur: dixeruntq; eum consipitasse cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodiis iuncta est. Lustrum a censoribus conditum est. Censa eo sunt ciuiū capita. CCCXXVII. millia, XXII. Princeps senatus lectus M. Aemilius Lepidus. Ptolemaeus Aegyptiorum rex a minore fratre ē regno pulsus, missis ad eum legatis in regnum restitutus est. Ariarathes Cappadociae rege mortuo, filius eius Ariarathes accepit regnum, & amicitiam per legatos cum populo Romano renouauit. Res præterea aduersus Ligures, Corsos. & Lusitanos varie euentu gestas, & motus Syriæ, mortuo Antiocho qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat. continet. Hunc Antiochum puerum cum Lysia iutore Demetrius Seleuci filius, qui Romanam obses missus fuerat: clām, quia minime dimittiebatur à Romanis, interemit: & ipse in regnum receptrus. L. Aemilius Paulus, qui Perseum vicerat, mortuus: cuius tanta abstinentia fuit, vt cùm ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset: vix ex auctiōne bonorum eius redactum sit, vnde dos uxori eius redderetur. Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego consule, cui ea prouincia cūneterat, siccatae, agerq; ex ijs factus.

LIBER XI. VII.

Demulctio in Cn. Tremelium Tribunū plebis. Lex de ambitu Lusitani. Princeps Senatus M. Aemilius Lepidus. De Ptolemaiorum federe. De Ariarathes restituto. De Masenissa & Cartaginensibus. Dorebus

in Dalmatia Liguria, & Hispania gestis. De comitijs mutatis. D: legatus ad Masanissam & Carthaginenses. De prætoribus damnatis auaritia nomine.

CN. Tremellio trib. pleb multa dicta est, quod cum M. Aemylio Lepido pontifice maximo iniuriosè contenderat. sacerorum quoque magistratum ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita. CCCXXVIII. millia, CCCXIIII. Et princeps senatus leitus Aemylius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui dissidebant, fœdus istum, ut alter in Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadocia rex confilio Demetrij regis Syriæ & viribus pulsus regno, à senatu restitutus est. Missi à senatu legati, qui inter Masanissam & Carthaginenses de agro iudicarent. C. Martius COS. aduersuri Dalmatas parū prosperè primū, postea feliciter pugnauit. cum quibus bello configendi causa fuit, quod Illyricos populi Romani socios vastauerant. eandemque gentē Cornelius Nasica COS. domuit. Q. Opimius COS. transalpinos Ligures, qui Massiliensem oppida Antipolim & Nicoram vastabant, subegit. Præterea in Hispania à compluribus parum prosperè res gestas continet. Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe eodata, magistratum peractis comitijs, in sequentisq; anni consulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. Legati ad disceptandum inter Masanissam & Carthaginenses missi nuntiaverunt vim navalis materiæ se Carthagine prehendisse. Quidam prætores à prouinciis

LIBER XLVIII.

Lustrum. Bellum Tunicum tertium. De M. Porci Cato nū paupertate. De Andrisco Macedonia Romam misso. De M. Aemyli Lepidi funere humeti: Veneris iudicia aduersus quasdam. De iniuriis belli Punici & consiliis super eo Romanorum. Consules à tribunis plebis in carcerem deiecti ob delectum nimia seuerum. P. Cornelius Aemylianus in Hispaniam mittitur. Victoria L. Luculli de Vaccei, Cantabri & alijs. De fortitudine Scipionis Aemyiani. Clades Seruū Sulpici Galbae in Lusitanis. De belli Punici rumoribus. Theatrum à censoribus extrui locatum, auctore Publio Cornelio Nasica destruclum. Fœdus ruptum à Carthaginensibus. Victi idem à Masanissë Bonagenario.

LVSTRUM à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita CCCXXIIII. millia. Semina tertij belli Punici referuntur. Cùm in finibus Carthaginensium maximus Numidaturum exercitus, Archobarzane duce Syphacis nepote, diceretur esse: M. Porcius Cato sualit, ut Carthaginensibus, qui exercitum specie cōtra Masanissam regem, sed re vera contra Romanos accitam in finibus haberent, bellum indiceretur: contradicente P. Cornelio Nasica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui specularentur quid ageretur. Castigato senatu Carthaginensi, quod contra fœdus exercitum & nauales materias haberent: pacem inter Masanissam & eos facere voluerūt: Masanissa agro de quo lis erat, cedente. sed Gisgo, Amilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in magistratu orat: cum senatus pariterum se iudicio legato-

Tum dixisset, ita bellum aduersus Romanos suadendo concitauit, ut legatis, quo minus viarentur, fugam explicuerit.

Id nuntiantes, infestum iam senatum Carthaginiensibus, infestorem fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filij in praetura, tenuissimo, ut valuit (nam pauper erat) sumptu fecit.

Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedonie, ingenti asseueratione mentiretur: Romam missus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus sextis iam censoribus erat electus, antequam expiraret, precepit filiis, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrant: in reliquum funus ne plus quam ætis denos consumerent. imaginū specie, non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere. De beneficijs quæ situm. Publia & Liciinia nobiles foeminae, quæ viros suos necasse insimulabatur, cognita causa, cum prætori prædes vadesq; deissent; cooperatorum decreto necatae sunt. Gulussa Masanissæ filius denuntiavit Caethagine delectus agi, classem comparati, & haud dubium bellum strui. Cum Cato suaderet ut ijs bellum indiceretur: P. Cornelio Nasica dicente nihil temere faciemus, placuit decem nitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Posthumius Albinus C O S S. cum delectum severè agerent, nec quenquam gratia dimittentes: à Trib. pl. qui pto amicis suis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem coniecti sunt. Hispaniense bellum cum parum prosperè aliquoties gestum ita confusisset ciuitatem Romanam, ut ne ijs quidem inueniretur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent.

P. Cornelius Aemilianus processit, & exceptum
militia genus, quodcunque imperium
esset, professus est, quo exemplo ad militandi
studium omnes incitauit. L. Lucullus C O S. cui
Claudius Marcellus successerat, pacasse omnes
Celtiberia populos cum videretur: Vacceos,
Cantabros, & alias regiones, & iterum alias in-
cognitas nationes in Hispania subegit. ibi P.
Cornelius Africanus Scipio Aemilianus, L.
Pauli filius, Africani nepos sed adoptivus, pro-
uocatore in barbarum Trib. mil. occidit: & in
expugnatione captæ virbis maius multo etiam
periculum adiit. nam murum primus omnium
transcedit. Seruius Sulpicius Galba prætor
male aduersus Lusitanos pugnauit. Cum legati
ex Africa cum Carthaginieclium oratoribus,
& Gullussa Masanissæ filio rediissent, diceretq;
& exercitum & classem Carthagine deprehen-
disse, prorogari sententiam placuit, Catone &
alii principibus senatus suadētibus ut in Afri-
cam confestim transportaretur exercitus. quia
verò Cornelius Nasica dicebat nondum sibi
iustum causam belli videri placuit ut bello de-
sisteretur, si Carthaginieses classem exuissent,
& exercitum dimisissent: si minus proximi cō-
sules de bello Punico referrent. Cum locatum
à censoribus theatrum extrueretur, P. Cornelio
Nasica autore, tanquam inutile & nocitum
publicis moribus, ex S. C. destructum est, popu-
lusque aliquandiu stans ludos spectauit. Car-
thaginieses tum aduersum fœdus bellum Ma-
sanissæ intulerunt. Vixi ab eo nonagesimum
secundum annum habente, & sine pulpamine
mandere, & gustare cibum tantummodo soli-
to,

DE CONSILIIS ROMANIS. 203
to, insuper Romanum bellum meruerunt.

LIBER XLIX.

Bellum tertium Punicum auctore M. Porcio Catone cœptum. Uticenſum voluntaria deditio. De Ludiſ Tarenti factis Ioui diri. Deditio Carthaginienſum non admissa: Pacis conditiones iniqua yisdem proposita, belli initium fuere. Carthago oppugnat. Lex de Lusitanis in libertatem restituenda. De bello Macedonico tertio. Andriſco seu Pseudophilippo.

Tertij Punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab urbe condita, intra quinatum annū quam erat cœptum, consummatum omnino est. Inter M. Porciūn Catonēm, & Scipionem Nasicam, quorum alterum sapientissimum virum in ciuitate habebant, alter vir optimus à senatu iudicatus erat, diuersis certatum est sententiis. Catone suadente bellum, & ut omnino deleretur Carthago, Nasica dissuadente: placuit nihilominus, eō quod contra fœdus naues haberent, & extra fines exercitum duxissent, quodq; socio P.R. & amico Masaniss̄ arma intulissent, & quod filium eius Gulus-sam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidū minimè receperissent, bellum ijs indici. Prius quām vllæ copiæ in naues imponerētur: Uticēses legati Romam venerūt, se suaq; omnia dēdentes. Ea legatio, veluti maximū belli omen, grata patribus, acieba Carthaginienſibus fuit. Diti patri ludi ad Tarentum ex precepto librorum Sibyllinorum facti: qui anno primo primi Punici belli quingentesimo & altero anno ab Urbe condita facti erant. Legati triginta Romam venerunt, per quos Carthaginenses se dedebant. Catonis sententia peruiicit, ut de Epitomator Liuī.

etato perstaretur: & ut consules quamprimum proficisci centur ad bellum. Qui ubi in Africam transferunt, acceptis, quos impetraverant, frequentis obsidibus, & armis omnibusq; instrumentis belli, si qua Carthaginē erant: tunc cū ex autoritate patrum iuberent, vt in alio loco procul a mari X. millia passuum, nec minus remoto, oppidum facerent: indignitate rei ad bellandum Carthaginenses cōpulerunt Obsideri, oppugnariq; cōpta est Carthago à L. Marcio, M. Manlio cosulibus. In qua oppugnatione, cum neglectos ab vna parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis grauiter caderētur: à Scipione Africano expliciti sunt: per quem & castellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus iuantibus liberatū est: castrisq; que Carthaginenses omnibus copijs pariter ab urbe egressi oppugnabant, liberatis, is præcipuam gloriam tulit. Præterea cū ab irrita oppugnatione Carthaginis CO 5. (alter enim Romanum ad comitia ierat) exercitum ducere aduersus Asdrubalem vellet, qui cum altera manu iniunium saltum insederat: suasit primò consuli, ne tam iniquo loco configeret. victus deinde complurium, qui prudentiæ eius & virtuti inuidebāt, sententiis, & ipse saltum ingressus est. cumq; sicut prædixerat, fusus fugatusque esset Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoste obsiderentur: cum exiguis equitum turmis in saltum reuersus liberauit eas, & incolumes reduxit. Quam virtutem eius & Cato vir promptioris multo ad vituperandum lingue, in senatu sic prosecutus est, vt diceret, reliquos qui

In Africa militarent, ymbris militare, Scipio
nem vigore. & populus Rom. eo fauore illu^m
complexus est, vt comitijs complurimæ eum
tribus consulem scriberet, cum hoc per xatem
minime liceret. Cum L. Scribonius Trib. pl. ro-
gationem promulgasset, vt Lusitani qui ex fœ-
dere populo Rom. dediti à Sergio Galba in
Galliam venissent, in libertatem restituerebantur:
M. Cato acerimè suasit. extat oratio in anna-
libus eius inclusa. Q. Fulvius Nobilior etiam
ab eo in senatu laceratus respondit pro Galba.
ipse quoque Galba, cum se damnari videret:
complexus duos filios prætextatos, & filium
Caij Sulpitij, eius tutor erat, ita miserabiliter
pro se locutus est, vt rogatio antiquaretur. ex-
tant tres orationes eius, duę aduersum Libonē
tribunum plebis, rogationesq; eius habitas de
Lusitanis: vna cōtra L. Cornelium Cethegum,
in qua Lusitanos propter sese castra habentes
casos fatetur: quod compertum habuerit, equo
atq; homine suo immolatis per speciem pacis
adorati exercitum suū in animo habuisse. An-
driscus quidā vltimæ sortis homo, Persei regis
se filium ferens, & mutato nomine Philippus
vocatus, cum ab urbe Roma, quod illum Deme-
trius Syri rex ob hoc ipsum mēdaciū miser-
rat, clām profugisset: multis ad falsam eius fa-
mā velut ad verā cūntibus, contracto exercitu,
totā Macedoniam aut voluntate incoleūtum,
aut armis occupauit. Fabulam autem huius-
modi fixerat. Ex pellice se Perseo rege ortum,
traditum educādum Cyrthesē cuidā esse, vt in
belli casus quod ille cum Romanis ageret, ali-
quod velut semen stirpis regis extaret. Perseo

Epiſtolaſſer Liuſ.

demortuo, Adramiti se educatum usque ad duodecimum annum etatis. patrem esse credentem, a quo educaretur: ignatum generis fuisse sui, affecto deinde eo, cum prope vitam finem ultimum esset, detectam tam originem suam: falsaque; matri libellum datum signo Persoi regis signatum, quem sibi traderet, cum ad puberem etatem venisset: obtestationesque; ultimas adiectas, ut res in occulto ad id tempus seruaretur. pubescenti libellum tradidit, in quo relieti sibi duo thesauri a patre dicerentur. tum scientem mulierem subdititium se esse, veram stirpem ignorantis edidisse genus: atque obtestatam, ut prius quam ad Eumenem manaret res Persico inimicum, excederet ijs locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperante aliquod auxilium a Demetrio, in Syriam se contulisse: atque ibi primum quis ipse omaino esset, palam exprimere ausum.

LIBER L.

*De rebus in Thessalia, Bythinia & Syria gestis.
De morte Masanisse, eiusque liberis. Nonnulla de
Carthaginensibus. De Publio Scipione & Emiliano
consule aduersus leges. Victoria Marci & Myly in
Africa. Pseudophilippus casus ac tandem capitus.*

T Hessalia. cum & illam inuadere armis atq;
T occupare Pseudophilippus vellet: per Romanorum legatos auxilijs Achatorum defensa est. Prusias rex Bythinia omnium humillimum fautor, atque vitiorum a Nicomedes filio, adiuuante Attalo rege Pergami, occisus est. Habebat alium filium, qui pro superiori ordine dentium enatum habuisse vnum os continens dicitur. Cum legatos ad pacem inter Nicomedem

comedem & Prusiam faciendam Romani missent. & unus ex iis caput multis cicatricibus sparsum haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio socors haberebat. dixit Cato eam legationem nec caput nec pedes nec cor habere. In Syria quæ eo tempore ex stirpe generis Persei regis Macedonum inertia socordiaq; similem Prusias regem habebat: jacente eo in ganeo & lustris, Ammonius regnabat: per quem & amici omnes regis & Laodice regina, & Antigonus Demetrii filius, occisi. Masanissæ Numidæ rex maior nonaginta annis vir insignis decessit. Inter cætera opera iuuenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo etiam versus in senectam viguit, ut post sextum & octogendum annum genuerit unum filium. Inter tres liberos, maximum natu Mycipsam, Gulussam, & Manastabalem, qui etiam Græcis literis erat eruditus: P. Scipio Aemilianus, cum commune eis pater regnum reliquisset, & diuidere eos arbitrio Scipionis iussisset, administrationem regni diuisit. Item Phanius Himilconis prefecto equitum Carthaginieum, viro forti, & cuius opera præcipua Poeni vtebantur, suasit cum equitatu suo ad Romanos transire. Trium legatorum qui ad Masanissam missi fuerant, Claudius Marcellus coorta tempestate fluctibus obrutus est. Carthaginenses Asdrubalem Masanissæ nepotem, quem prætorem habebant, proditionis suspectum in curia interemerunt: quæ suspicio inde emanauit, quod propinquus esset Gulussæ, auxilia Romanorum iuvantis. P. Scipio Aemilianus cum ædilitatem peteret, consul à populo dictus, quoniā per X. annos

Epitomator Liuÿ

consulēm fieri minimē licebat, cum maximo certamine suffragantibus plebeis, & repugnatis tibus aliquantulum patribus, legibus solutus, & C O S. creatus est. M. Aemilius nonnullas tribes circumpositas Carthagini expugnauit. Pseudophilippus in Macedonia cesso cum exercitu M. Iuuentio prætore, à Q. Caecilio victus, captusque relicta Macedonia.

LIBER L I.

Capitur Carthago à Scipione. Scipio Ludos facit; Trās fugas & fugitiuor bestijs obiecit. De bello Achaios seu Corinthiaco ob violatos legatos.

CARTHAGO XXXIII. millia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa, & per partes capita est, primū à Mancino legato, deinde à Scipione consule, cui extra fortior provincia Attica data est. Carthaginenses postu novo, quia vetus à Scipione erat obstructus, facto, & contracta exiguo tempore ampla classe, nauiti prælio infelicitate pugnauerunt. Asdrubalis quoque eorum ducis castra ad Nesentum oppidum loco difficillimisita cum exercitu délera sunt à Scipione: qui tandem urbem expugnauit septingentesimo anno quam erat condita. spoliorum maior pars Sieulis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excedio cum se Asdrubal Scipioni dedisset. vxor eius quæ paucis ante diebus de marito minimē impetrare potuerat ut ad victorē transfigeret, se flagrantis in medium urbis incendium duobus cum liberis ex aree precipitauit. Scipio exemplo patris sui Aemiliij Pauli, qui Macedoniam vicebat, ludos fecit, trans fugas atque fugitiuas bestijs obiecit. Belli,

Achaei

Achaici semina refertuntur hæc, quod legati
P. R. ab Achaicis pulsati sunt. Corinthum
missi erant, ut eas ciuitates qua sub ditione
Philippi fuerant, ab Achalcio concilio secer-
nerent.

LIBER LVI.

Victoriae Q. Cæciliij Metelli de Achais ad Thermopylas. L. Mummius Corinthum, Thebas & Chalcidenses deruit. Triumphant de Andisco Metellus: De Carthagine Scipio: Victoria Viriati in Lusitania aduersus Romanos. De motibus Syria & Aegypti. Triumphant Mummius de Achais.

CVM Achæis qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit: quibus vicit, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem consciuit. in cuius locum Dracus Achæi motus primus autor, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mummius consule visitus est: qui, omni Achæia in deditionem accepta Corinthum ex S. C. diruit, quia ibi legati Romanorum violati erant. Thebas quoque & Chalcis quæ auxilio fuerant, diruta. Ipse L. Mummius se abstinentissimum virum egit nec quicquam ex ijs opibus ornamentisque quæ prædictæ Corinthus habuit, in domum eius peruenit. Q. Cæcilius Metellus de Andisco triumphavit, P. Cornelius Africanus, Scipio Aemilianus de Carthagine & Asdrubale. Viriatus primum in Hispania ex pastore venator, & ex venatore iatrus, mox iusti quoque exercitus dux factus, universam Lusitaniam occupauit. M. Veturius proconsul.

Egitomus Liu.

suso eius exercitu cepit. post quem C. Plautius prætor nihilo felicior rem gessit. tantumq; terrorem is hostis intulit. ut aduersus cum consulari opus esset & duce & exercitu. Præterea motus Syriae & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus, & incertæ stirpis. occiso (sicut antè dictum est) Demetrio rege. in Syria regnabat. hunc Demetrius. Demetrij filius. qui à patre quodam ob incertos belli casus ablegatus in Gnidon fuerat, contempta socordia inertiaque eius. adiuuante Ptolemaeo Ägypti rege. cuius filiam Cleopatram acceperebat in matrimonium. bello interemit. Ptolemaeus in caput grauitat vulneratus. inter curationem. diuin ossa medici terebrare contendunt. expirauit: atq; in locū eius frater minor Ptolemaeus qui Cyrenis regnabat. successit. Demetrius ob crudelitatem quam per tormenta in suos exercebat. à Diodoro quodam uno ex subiectis. qui Alexandri filio bimulo admodum regnum assertebat. bello superatus. Seleuciam fugit. L. Muminius de Achæis triumphauit. sigma ærea marinoreaque. & tabulas pictas in triumpho tulit.

LIBER LIII.

*Victoria de Salassis, de altero Pseudophilippe: De
Celtiberis & Lusitanis. Historia Romana à C. Iulio
Senatore Gracè scripsa.*

A Ppius Claudius C O S. Salassos, gentem alpinam, domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Tremilio quæstore cum exercitu exsus est. Q. Cæcilius Metellus proconsul Celtiberos excidit. A Q. Fabio proconsule pars maxima Lusitanæ, expugnatis multis urbibus

DE CONSVLIB. ROMAN. 209
bibus, recepta est. C. Iulius senator Græcè res
Romanas scripsit.

L I B E R . L I I I I .

Victoria Q. Pompeij in Hispania. Lustrum. Ma-
cedonum querela de Syllano suo pretore: iudicio patris
Syllanus damnatus. Tax cum Viriato. Mors
eiusdem.

Q. Pompeius C O S. in Hispania Termeti-
nos subegit. cum eisdem quidem, & Nu-
mætinis pacem ob infirmitatem fecit. Lustrum
à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium
capita C C C C X X V I I I . millia. C C C X L I I .
Cùm Macedonum legati conquestum veni-
sent de Iunio Syllano prætore, quòd acceptis
pecunijs prouinciam spoliasset, & senatus de
querelis eorum vellet cognoscere: T. Manlius
Torquatus, Syllani pater, petiit, impetravitq;
ut sibi huiusmodi cognitio mandaretur. & do-
mi causa cognita, filium condemnauit, abdica-
uitque: ac ne funeri quidem eius, cùm suspen-
dio vitam finisset, interfuit, sedensque domi
potestatem consultantibus ex instituto fecit.
Q. Fabius proconsul, rebus in Hispania prospe-
re gestis, labem imposuit, pace cum Viriato.
et quis conditionibus facta. Viriatus à prodito-
ribus consilio. Seruili; Cepionis interemptus
est, & ab exercitu eius multum imploratus, ac
nobilissimè tumulatus, vir duxque maximus
per quatuordecim annos, quibus cum Roma-
nis bellum gessit, frequentius superior:

L I B E R . L V .

Iudicium insigne deserroris. Consules in carcerem
conieeti à tribunis. De rebus à L. Bruto in Hispania
gestis, cum reliquo exercitus. Viriati. Pacem cum.

Epitomator Liuij.

p.

Numantini saltam senatus ratam non habet. Ab ijsdem funditur fugaturq; M. Popilius: C. Hostilius Mancinus vicit ab ijsdem pacem cum eis facit ignominiosam, quam raram esse senatus vetuit. Iunius Brutus Lusitaniam domat. De rebus in Syria ge-
sū, & de Triphone.

P. Cornelio Nasica, cui cognomen Seraphion fuit, ab iridente Curiatio tribuno plebis impositum: & D. Iunio Bruto C O S S. delectum habentibus, in conspectu tyronum res fabiuerim exempli facta est. nam C. Matienus accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusque sub furca diu virgis cæsus est, & sestertio numero venisti. Tribuni plebis, qui non impetrabant ut sibi denos quos vellent milites eximeret, liceret, consules in carcerem mitti iusserunt. Iunius Brutus C O S. in Hispania ijs qui sub Viariato militauerant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam senatus irritam censuerat, cum exercitu fusus fugatusque. C. Hostilio Mancino consule sacrificante, pulli ex cauea euolauerunt. concidenti deinde in nauim, ut in Hispaniam proficiscerentur, accidit audiri, Mane mane Mancine. Mancino auspicia tristia fuisse probatum est. vicitus enim à Numantinis. & castris exutus, cum spes nulla seruandi exercitus esset: pacem cum eis fecit ignominiosam, quam raram esse senatus vetuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Iunius Lusitaniam urbiū expugnati- bus usque ad oceanum perdomuit: & cum suuum

Auuium Oblivionem transire nollent , raptrum signifero signum ipse transtulit , & sic ut transgredentur , persuasit . Alex. filius rex Syrie , decem annos admodum habens , à Diodoro qui Triphon cognominabatur , tuto re suo per fraudem occisus est : corruptis quidem medicis , qui eum calculi dolore consumi ad populum mentiti , dum secant illum occiderunt.

LIBER LVI.

Victoria Bruti de Gallicis : M. Aemilius Lepidus de Vacceis. Victoria Numantinorum de eodem. Man- cinus deditur Numantini. Lustrum. Victoria in Illyrico de Vardeau, in Thracia de Scordilis. Bellum Numantinum una cum consulatu decernitur Scipioni Africano. Bellum scruale in Sicilia ortum , & à quibus.

D . Junius Brutus in ulteriore Hispania felicititer aduersus Gallicos pugnauit. dissimili eveniu M. Aemilius Lepidus proconsul aduersus Vacceos rem gessit , clademque similem Numantinæ passus est. Ad exoluendum Numantini foederis religione populum Mancinus cum huius rei autor fuisset . deditus Numantini , minime est receptus. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuitum capita CCCXIII. millia. Fulvius Flaccus COS . Vardæos in Illyrico subegit. M. Ca sonius prætor in Thracia cum Scordilis prospere pugnauit. Cum vitio ducum bellum Numantinum non sine publico pudore du raret , delatus est ultro Scipioni Africano Epitomater Ling.

à senatu populoq; Romano consulatus: quem cùm ille capere ob legem, quæ verabat quenquam intra decem annos iterum consulem fieri licere, minimè vellet: sicut priori consulatu, legibus solutus est. Bellum Seruile in Sicilia ortum, cùm opprimi à prætoribus minimè valueret: C Fulvio consuli mandatum est: cuius belli initium fuit Eunus seruus, natione Syrus, qui contracta agrestium seruorum manu & solutis ergastulis, iusti exercitus numerum impleuit. Cleon quoque alter seruus ad LXX. millia seruorum contraxit. & copijs iunctis contra pop. Rom. exercitumque eius bellum se penumero gesserunt.

LIBER LVII.

Scipio Africanus Numantiam obsidet, disciplinam exercitui restituit, Vacceis potitur, munera ab Antiocho sibi missa in tabulas publicas referri subet. Numantiam亟clissime obsidet.

Scipio Africanus Numantiam obsedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum ad generosissimam militiæ disciplinam reuocavit. omnia enim deliciarum instrumēta recidit, duo millia scortorum à castis reiecit, militem omni die in opere habuit, & triginta dierū frumentum ad septenos vallos ferre cogebat. ægrè propter onus incedenti dicebat: Cùm gladio rectè vallare scieris, vallum ferre desinito. Alij nimirum parum habiliter scutum ferenti, scutum amplius iusto ferre iussit: neque id se reprehendere, quoniam melius scuto quām gladio uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit: si Romanus esset, vitibus: si extraneus, virgis egreditur. lumen quidem omnia.

ne exoneraret milites , vendidit . multoties contra hostium eruptiones feliciter pugnauit . Vaccei obsesi liberis & coniugibus trucidatis , ipsi se interemerunt . Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syria missa , cum celare alijs imperatoribus regum munera mos esset , pro tribunali accepturum se esse dixit . eaque omnia referre quæstorem in publicas tabulas iussit . ex ijs viris fortibus munera se daturum . Cum vndique Numantiam obsidione clausisset , & oppressos fame videret virginis hostes qui pabulatum exierant , vetuit interimi : quod diceret velocius eos absumpturos frumentum quod haberent , si plures quidem fuissent .

LIBER LVIII.

Lex agraria à Tiberio Sempronio Graccho lata , ut ne quis ex publico agro plus quam decem iugera possideret . Lex agraria altera eiusdem . Attalus Rex Pergami heredem Pop . Romanum reliquit . Idem interficitur , auctore P. Cornelio Nasica . De bello servili in Sicilia .

Tlb. Sempronius Gracchus tribunus plebis cum agrariam legem ferret aduersus voluntatem senatus , & equestris ordinis , ne quis ex publico agro plus quam decem iugera possideret , in eum furorem exarsit , ut M. Octavio collegæ causam diuersæ partis defendantis , potestatem lege lata abrogaret : sequere & fratrem Gracchum , & Ap. Claudium sacerum triumviro ad diuidendum agrum crearet . Promulgavit & aliam legem agrariam : qua si quis latius agrum patefaceret , ut idem omnino triumviri iudicarent , quæ publicus ager , quæ priuatus

esset. Deinde cum nimis agri esset, quam quod diuidi posset: sine offensa etiam plebis, quoniam eos ad cupiditatem ampla modo sperandi incitauerat, legem se promulgaturum ostendit ob id, ut ijs qui Sempronia legge agrum accipere deberent, pecunia qua regis Attali fuisset, diuideretur. Hac redem autem popul. Rom. reliquerat Attalus rex Pergami, Eumenis filias. Tot indignitatibus commotus grauiter senatus, ante omnes C. Antonius COS. qui cum in senatu in Gracchum perorasset: raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rursus in eum pro rostris concionalans est. Cum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, autore P. Cornelio Nasica in Capitolio a primatibus occisus est, iactus primum fragmentis subselliorum: & inter alios qui in eadem seditione occisi erant, inseptus est in flumen proiectus. Res præterea in Sicilia vario euentu aduersum fugitiuos gestas continet.

LIBER LIX.

Scipio Numantiam capit, debet & de entrudo phar. Fugitiui in Sicilia debellati. P. Licinius Crassus, idemq. Pontifex Maximus, quod nunquam antea, extra Italianam profectus, ab Aristonicus natus & interemitus: Aristonicus a Perpenna in dationem acceperus. Ceseros primi ex plebe lustrato. Lex Censoria, ut omnes cogarentur uxorem ducere, liberorum creandorum causa. De C. Aterino Labrone, & Carbone tribunu plebis nonnulla. De belli Antiochi Syria, & Thraatis Parthorum regn. De Prolepsio Energete, & Cleopatra. De seditionibus

bus triuoriorum Flacci, Gracchi, & Carbonis: de agro diuidendo: de morte Scipionis Africani. De rebus contra Iapidas male ac feliciter gestis.

NVMANTINI fame maximè coacti, ipsi se per vices trucidauerunt. Captam urbem Scipio Africanus deleuit, & de ea triumphauit quartodecimo anno post Carthaginem elecam. P. Attilius COS. in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Aristonicus regis Eumenis filius Asiam occupauit, cùm testamento Attali regis legata populo Romano, libera esse deberet. Aduersus eum P. Licinius Crassus COS. cùm idem pontifex maximus esset, quod nunquam antea factum erat, extra Italiam profectus, prælio victus, & interemptus est. M. Perpenna COS. victum Aristonicum in ditionem accepit. Q. Pompeius & Q. Metellus tunc primùm uterque ex plebe censores facti. Lustrum à censoribus est conditum. Censa sunt capita CCCXII millia. DCCCXXIII. præter pupillos & viudas. Q. Metellus censor censuit, ut ducere uxores omnes omnino eogerentur liberorum creandorum causa. extat oratio eius, quam Augustus Cæsar cùm de maxitandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam in senatu recitauit. C. Attinius Labeo tribunus plebis. Q. Metellum censorem, à quo in senatu legendo præteritus erat, de saxo deiici iussit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio quām maximè fuerunt. Cum Carbo tribunus plebis rogationem tulisset, ut eundem tribunum plebis, quoties quidem vellet, cevari liceret: rogationem eius P. Africanus

grauissima oratione dissuasit, in qua dixit Tib.
Gracchum iure cōsum videti. Gracchus contrā
suasit rogationem, sed Scipio renuit. Bella in-
ter Antiochum regem Syriæ, & Phraatēm Par-
thorum regem gesta, nec magis quietæ res Æ-
gypti referuntur. Ptolemaeus Euergetes cogni-
minatus, ob nimiam suam crudelitatem suis
inuisus, incensa à populo regia, clām Cyprum
profugit. & cùm sorori eius Cleopatræ, quam
(eius virgine filia per vim cōpresa, & in matri-
monium ducta) repudiauerat, regnum à popu-
lo datum esset: infensus, filium quem ex illa
habebat, in Cypro occidit, caputque eius &
manus & pedes matris misit. Seditiones à triū-
uiris, Fulvio Flacco, C. Graccho, & C. Carbone
de agro diuidendo creatis excitatae. quibus
cùm P. Scipio Africanus aduersaretur, fortisq;
ac validus pridie domum se recepisset, mor-
tuus in cubiculo inuentus est. Suspecta fuit,
tāquam venenum ei dedisset Sempronia vxor:
hinc maximè, quòd soror esset Gracchorum
cūn quibus simultas Africano fuerat. de mor-
te tamen eius nulla quæstio acta quo defun-
cto, seditiones triumvires acrius exarserunt.
C. Sempronius C O S. contra lapidas primò
rem male gessit, mox victoria cladē acceptam
emēdauit, virtute D. Iunij Brutii, eius qui Lusi-
taniam subegerat.

LIBER LX.

*Dilectoria de Sardiu, & transalpinu Liguribus. De
Pregellaniis. De pestilentia Africa à multitudine in-
caustarum. Lustrum. Lex C. Gracchi agraria, ut sa-
misse & triente frumentum plebi daretur, ut equites
orde*

ordo bis tantum virium in senatu haberet: Colonia ab eo deducta: & quidem vna in solo diruta Carthaginii. De rebus gestis Q. Metelli aduersus Baleares. De moribus Syria, & Demetrio à Cleopatra interempto.

A Vrelius C O S. Sardos subegit. Fulvius Flaccus iprimus omnium Transalpinos Ligures bello doinuit, missus in auxilium Massiliensibus aduersus Falanios Gallos, qui populabantur fines Massiliensium. L. Opimius prator Fregellanos qui defecerant, in dedicationem accepit, Fregellas diruit. Pestilentia in Africa à maxima multitudine locustarum, & deinde necatarum strage fuisse traditur. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita C C C X C. millia, D C C X X X V I. C. Gracchus, Tyberij frater, tribunus plebis eloquentior quam frater, perniciousas aliquas leges tulit: inter quas frumentariam, ut semisse & triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam, quam frater eius tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corruperat (treceni senatores erant, sexcenti equites) ut trecennis senatoribus admiserentur: id est, ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet, & continuato in alterum annum tribunatu, legibus agrarijs latis effecit, ut complures coloniae in Italia deducerentur, & vna in solo diruta Carthaginis, quo ipse triumuit creatus coloniam deduxit. Præterea res à Q. Metello consule aduersis Baleares gestas continet, quos Graci Gymnesias appellant, quia etiam audi exigit. Baleares à teli missu appell-

Iati, vel à Baleo Herculis comite ibi relicto tunc, cùm Hercules ad Geryonem nauigaret. Motus quoque Syria referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum, & Seleucus filium, multum indignata quòd occiso patre eius à se, iniussu suo diadema sumpsisset, interemit.

LIBER LXI.

Victa Saluiorum gens: Colonia Aqua Sextia condita; pugno aduersus Allobroges. Heduī socii populi Romani. Mors C. Gracchi. Vittoria aduersus Allobroges & Bituitum Arvernorum regem: De eo, & Congentiate filio nonnulla. Allobroges in ditionem accepti. Accusatio L. Opimij quod indemnatos ciues in carcerem coniecisset.

CAIVS Sextius proconsul victa Saluiorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius proconsul contra Allobroges ad oppidum Vindalium multum feliciter pugnauit. Quibus bellum inferendi causa fuit, quòd Teutomalicum Saluiorum regem fugientem recepissent, & omni opere iuuissent: quodque Heduorum agros, sociorum populi Romani vastauissent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto, cùm Auentinum armata quoque multitudine occupauisset, à L. Opimio consule, ex S. C. vocato ad arma populo, pulsus interemptus est, & cum eo Fulvius Flaccus socius eiusdem. Q. Fabius Maximus C O S. Pauli nepos, aduersus Allobroges, & Bituitum Arvernorum regem faciliter

hiciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu cæsa milia hominum centum viginti. & cum ipse ad satisfaciendum senati Romam profectus esset, Albae custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur ut in Galliam remitteretur. decretum quoque est, ut Congentiatus filius eius comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in ditionem accepti. L. Opimius accusatus apud populum à Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos ciues in carcerem concidisset, liberatus est.

LIBER LXII.

Victoria de Sarnijs gente Alpina. Mors Micipsa, & de Iugurtha ab eo adoptrato. Dalmata obfessi. Iugurtha motus aduersus fratres. Senatu moti duo & triginta. Mors Syria.

C. N. Martius C O S. Sarnios gentem alpinam expugnauit. Micipsa Numidarum sex mortuus, regnum tribus filiis reliquit. Adherbali, Hyempali, & Iugurtha fratribus filio, quem in filium adoptauerat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas obfedit. Iugurtha Hyempalem fratrem bello petiit, quem victum interemit: Adherbalem regno expulit, qui à senatu restitutus est. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Oenobarbus censores, duos & triginta senatu amouerunt. Præterea motus Syrix regum continet.

LIBER LXIII.

Caronii pugna infelix in Thracia aduersus Scordiscos. Lustrum. Vestales dua incesti damnata. A Cimbrii Illyricum popularibus Papyrius Carbo fusus. Victoria Liuji Drusi de Scordisci gente Gallica in Thracia.

Eptiomator Liuji

Cato Porcius C O S. in Thracia male aduersus Scordiscos pugnauit. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita CCCXCIII I.millia, CCCXXXVI. Amylia, Licinia, & Martia virgines Vestales incesti damnatae sunt. idque incestum quemadmodum commissum, deprehensum, & iudicatum sit, refertur. Cimbri gens vaga popula-bundi in Illyricum venerunt. ab ijs Papyrius Carbo C O S. cum exercitu fusus est. Liuius Drusus C O S. aduersus Scordiscos gentē à Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnauit, magnumque honorem tulit.

L I B E R L X I I I .

De rebus Iugurthae aduersis Adherbalem fratre. Tax cum eodem iniussu populi & senatus facta à Calpurnio Bestia: Fide publica euocatus, Romanam venit; postea clam profugit. Vincitur ab eo Tanlus Posthumius. Tax à Posthumio cum eodem facta, à senatu minime seruata.

Adherbal bello petitus à Iugurtha, & in opido Cirta obsessus, contra denuntiationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum. idque etiam Calpurnius Bestia C O S. gerere iussus, pacem cum Iugurtha iniussu populi & senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandum consiliorum autores, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romanam venit: & proptet eadem admissam in regulum quendam nomine Massiuam, qui regnum eius populo Romano inuisi appetebat, imperfectum, Roma cùm periclitaretur, causam capitis dicere

cere iussus, clām profugit, & discedens vībe
fētūr dixiſſe: Ovrbem venalem, & citō peritū-
ram, ſi emptorem inuenerit. A. Posthumius
legatus infelicitē p̄xlio aduersus Iugurtham
geſto conſixit: pacemque etiam multum igno-
miniosam adiecit, quam quidem minimē eſſe
ſeruandam ſenatus censuit.

LIBER LXV.

*Victoria de Iugurtha Q. Cacili⁹ Metelli. Pugna
aduersus Cimbros M. Iunij Syllani: aduersus Thracas
M. Minut⁹. Victoria Tigurinorum de L. Caſſio.*

Q. Cæcilius Metellus C O S. duobus p̄x-
lijs Iugurtham fudit, & vniuersam Nu-
midiam vastauit. M. Iunius Syllanus C O S. ad-
uersum Cimbros infelicitē pugnauit, legatis
Cimbrorum ſedem & agros, in quibus conſi-
derent, poſtulantibus ſenatus negauit. M. Mi-
nutius proconsul contra Thracas felicitē qui-
dem pugnauit. L. Caſſius C O S. à Tigurinis
Gallis pago Heluetiorum qui à ciuitate ſecer-
rant, in finibus Allobrogum cum exercitu
extus eſt. milites qui ex ea clade ſuperauerant,
obſidibus datis, & dimidia rerum omnium
parte, ut incolumes dimitterentur, cum hosti-
bus pacti ſunt.

LIBER LXVI.

*Iugurtha victus à C. Mario, eidem traditus à
Boccho Maurorum rege.*

Iugurtha pulsus à C. Mario ex Numidia, au-
xilio Bocchi Maurorum regis adiutus eſt. &
extis p̄xlio Bocchi quoque copijs, nolente
Epiremarer Liny.

Boccho bellum infeliciter suscepit diutius sustinere, vinctus ab eo & traditus Mario est: in qua re præcipua opera L. Cornelij Syllæ quæstoris Marij fuit.

LIBER LXVII.

Victoria Cimbrorum de Aurelio Scano, de C. Manlio & Q. Seruilio Cepione: damnati Cepionis bona, publicata, eidem imperium abrogatum, quod eius temeritate clades ea accepta. Triumphus Marij de Iugurtha eiusq[ue] filijs. Iugurtha in carcere necatus. Consulatus plures Marij. Pontificatus Cn. Domitij. Cimbri vastatu circa Rhodanum agri & Pyrenaeum in Hispaniam transgredi, à Celtiberis fugati: reuersi in Galliam Teutonis se coniungunt.

Aurelius Scaurus legatus consulis à Cimbris fuso exercitu captus est. & cum in consilium ab iis euocatus deterret eos ne Alpes transirent Italiam petituri, eò quod dicaret Romanos vinci minimè posse, à Bolq[ue] rege feroce iuuene occisus est. Ab iisdein hostibus C. Manlius & Q. Seruilius Cepia proconsules victi prælio, castrisque binis exuti sunt. octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta millia. Secundum populi Romani iussionem, Cepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primoque post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante curruin eius Iugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat, eiique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures

Plures annos magistratus est. consulatu secundo & tertio absens C O S. creatus, quartum consularum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, vagantes omnibus quæ circa Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt: reuersique in Galliam, bellicosis quidem se Teutonis coniunxerunt.

LIBER LXVII L

Victoria de prædonibus in Sicilia Antonij. De Teutonis & Ambronibus C. Marij. Cimbri in Italia: vincuntur à C. Mario: casis 140. milibus, capta 60. Triumphus Marij de Cimbris. Parricidium P. Malleoli punitum, novo supplicij genere. De Ancilijs cum strepitu mortu ostentum, prodigium. De Syria moribus.

A Ntonius prætor in Sicilia maritimos prædones persecutus est. C. Marius C O S. summa vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus castra defendit duobus deinde prælijs circa Aquas Sextias eos hostes delerat: in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Marius absens quintum C O S. creatus est. triumphum oblatum, donec Cimbros vinceret, distulit. Cimbri repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obfederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratque: ubi virtute sua explicata fugiētem proconsulem exercitauit;

Episomator Liuji.

224 HIST. ANTIQ. LIB. III.
prosecuti, in Italiam traiecerint, iunctis ciu-
dem Catuli & C. Marij exercitibus, prælio victi
sunt ab eis, in quo exsa traduntur hominum
centum quadraginta millia, capta sexaginta.
Marius totius ciuitatis consensu receptus, pro
duabus triumphis qui offerebantur, uno con-
tentus fuit. Primores ciuitatis, qui aliquantu-
lum ut nouo homini ad tantos honores cue-
sto, inuiderant, conseruatam ab eo Rempubli-
cam fatebantur. P. Malleolus, matre interem-
pta, primus omnium insutus culleo in mare
præcipitatus est. Ancilia cum strepitu mota
esse, antequam Cimbricum bellum consum-
maretur, referuntur. Bella præterea inter Syriae
reges continet.

LIBER LXIX.

Cn. Apuleij Saturnini turbulētus tribunatus: Lex
agraria ab eodem lata. Exilium voluntarium Rhodū
Metelli Numidici. De Mario nonnulla. Saturninus.
C. Memmīum consulatus candidatum interimit.
Idem mox interficitur cum Glaucia pretore. Metel-
lus ab exilio reductus. Seruile bellum in Sicilia con-
fictum à M. Aquilio.

C N. Apuleius Saturninus, adiuuante C.
Mario, & per milites occiso A. Numio
competitore, tribunus plebis per vim creatus,
non minùs violenter tribunatum, quām petie-
rat, gessit. & cūm legem agrariam per vim tu-
lisset, Metello Numidico, eō quōd in eam mi-
nimè iurasset, diem dixit. qui cūm à bonis ciui-
bus defendetur, ne causa malorum certami-
num esset, in voluntarium exilium Rhodum
profectus est. ibiq; legēdo, & audiēdis magnis.
viris.

viris vacabat. Profecto C. Marius seditionis autor, qui sextum quidem consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Apuleius Saturninus tribunus plebis C. Memmium candidatum cōsulatus petitorem, quem maximē aduersarium actionibus suis timebat, interemit. quibus reb. concitato quamplurimum senatu, in eius causam & C. Marius homo mutabilis, & varij consilij ingenijq;, qui semper secundam fortunā transierat, cūm cum tueri minimē posset, oppressus armis cum Glaucia prētore, & aliis eiusdem furoris sociis, bello quodam interfectus est. Q. Cæcilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius CO S. in Sicilia bellum Servile concitatum confecit.

LIBER LXX.

Repetundarum absolutus M.. Aquilius, M. Anto-
nio pro eo perorante. De rebus in Celtiberia feliciter ge-
fisi à Didio. Ptolemaeus Appian Rex Cyrenarum ha-
redem Populum Romanum relinquit. Ariobarzanes
Cappadociae restitutus à Sylla. Parthorum legati à
rege Arsace missi amicitiam Pop. Romani perunt. E-
xilium iniustum P. Rutilij equitibus iudicibus iniusti,
quod à publicanorum iniurie Asiam defendisset. De
rebus aduersus Thracas inseliciter gestis à C. Geminis.
De iudiciis ab equitibus ad senatum transferendis:
de moribus Syriae.

Cum M. Aquilius de pecuniis repetundis
causam diceret, ipse rogare iudices noluit.
M. Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à
pectore eius discidit, ut honestas cicatrices o-
stenderet: quibus conspectis indubitanter ab-
solutus est. Cicero eius rei solus autor. Didius

226 HIST. ANTIQ. LIB. III.
proconsul aduersum Celtiberos feliciter pugnauit. Ptolemæus Cyrenatum rex, cui cognomentum Apionis fuit, mortuus h[ec]dem populum Romanū reliquit. & eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in regnum Cappadocia à L. Cornelio Sylla redactus est. Parthorum legati à rege Arsace missi ad Syllam venerunt, ut amicitiam à populo Romano peterent. P. Rutilius vir summæ innocentia, qui legatus C. Marij proconsulis à publicanorum iniuriis Asiam defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. C. Geminius prætor contra Thracas infeliciter pugnauit. Senatus cum impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercēdis ferre nollet, omnia nisi coepit ut ad se iudicia transferrentur, suainente causam eius M. Liuius Druso tribuno plebis, qui ut vires sibi acquireret, perniciofa spe largitionis plebem concitauit. Præterea motus Syriae regum continet.

L I B E R . L X . X . I .

Drusus socios & Italicos populos sive ciuitatis Romana sollicitat. Leges agrariae & frumentariae sunt. Item legem iudicialem ut aqua parte iudicia penes magistrarum & equestrem ordinem essent. Causas seorsim non praestatur: inde bellū sociale. Drusus occiditus.

M ATRIS Liuius Drusus tribunus plebis ut maioribus viribus senatus causam suscepit et iuret, socios & Italicos populos spe ciuitatis Romanae sollicitauit: hisque adiuuantes per vim legibus agrariis frumentariisque aliis, legem quoscumque iudicalem tulit, ut aqua-

parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Cūm deinde promissa sociis ciuitas praestari non posset: irati Italici. defectionē cœperunt agitare eorum coitus, cōlūtationes, orationesque in conciliis principum referuntur. propter quæ Liuius Drusus etiam senatus intus factus, velut socialis belli autor, incessum à quo domi occisus est:

LIBER. LX XII.

Italici deficiunt. Q. Seruilius proconsulem in oppido Asculo cum omnibus ibi ciuibus occidunt. Saga populus sumit. Seruus Galba eorum furores euatit. Idem urbes obsident. Auxilia ab externis missa.

I Talici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites: initio belli à Picētibus moto. Q. Seruilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus ciuib. Romanis qui in eo oppido erant, occisus est. saga populus sumpsit. Seruus Galba à Lucanis comprehensus, vnius foemine opera, ad quam diuertebatur, captiuitate exemptus est. Esernia & Alba coloniæ ab Italicis obfessæ sunt. Auxilia demum Latini nōminis, externarumq; gentium missa pepulo Romano, & expeditiones inuicem, urbiumq; expugnationes referuntur.

LIBER. LX XI. I. I.

De rebus gestis aduersus Sannites, Marsas, Pelignos, Marrucinos, Saluras, ut infeliciter p̄a prospere. Saga ob viatoriam posita.

L Cæsar C O S. male aduersus Sannites prægnauit. Nola colonia in potestate Sannium cum. L Posthumio prætore venit, qui interemptus est. Complures populi ad hostes defecerunt. Cum P. Rutilius C O S. parū prospere: Epicensor Liuij q. 2

contra Marsos pugnasset, & in prælio cecidisset: C. Marius legatus eius meliore quidem euentu cum hostibus confixit. Ser. Sulpitius Pelignos fugit. Q. Cepio legatus Rutilij cùm obfessus prospere in hostes erupisset, & ob eum successum æquatum ei cum C. Mario esset imperium: temerarius factus, & circumuentus insidiis, fuso exercitu cecidit. L. Cæsar C O S. feliciter contra Samnites pugnauit. ob eam victoriam Romæ saga posita sunt & vt varia belli fortuna esset, Esernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. Sed & C. Marius prælio Marsos fudit. Hirnio Asinio prætore Marrucinorum occiso. C. Cæcilius in Gallia transalpina Saluios rebellantes vicit.

LIBER LXXIII.

Picentes fusi à Cn. Pompeio; ob id prætexta aliaq; magistratum ornamenta insignia sumpta. Tugra dubia aduersus Marsos C. Marij. Libertini tum primū militans. Victoria de Vmbbris & Marsis. Nicomedes & Ariobarzanes in regna reducti. Marsi victi à Pompeio. De ciuitate are alieno oppressa, & inde motibus. De Thracibus in Macedonia.

C N. Pompeius Picentes prælio fudit, & ob-sedit propter quam victoriam Romæ præ-texta aliaq; magistratum ornamenta insignia sumpta sunt. C. Marius cū Marsis dubio euentu pugnauit. Libertini tum primū militare cœperunt. Aurelius Plotius legatus Vmbros, L. Porcius prætor Marsos, cū uterq; populus de-fecisset, prælio vicerunt. Nicomedes in Bithynia. Ariobarzanes in Cappadocia, regna reducti sunt. Cn. Pompeius C O S. Marsos acie vicit. Cum ære alieno oppressa esset ciuitas: A. Sempronius

pronius Asellus prætor, quoniam secundum
debitores ius dicebat: ab iis qui fœnerabātur,
in foro occisus est. Præterea incursiones Thra-
cum in Macedoniam, populationesq; cōtinet.

LIBER LXXV.

*De rebus gestis aduersus Marsos, Samnites & Hir-
pinos, à Posthumio Albino, Sulpitio, L. Cornelio Sylla,
Cn. Pompeio, L. Portio, Cosconio & Luceio.*

A Posthumius Albinus legatus in obsidio-
ne castrorum hostilium cecidit. Sulpitius
legatus cum classi p̄r̄cesset, infamis criminē
prodictionis ab exercitu suo interfectus. L. Cor-
nelius Sylla legatus Samnites prælio vicit, &
bina castra eorum expugnauit. Cn. Pompeius
Vestinos in ditionē accepit. L. Porcius CōS.
rebus prosperè gestis fusisq; aliquoties Marsis,
dum castra eorum expugnat, cecidit. Ea res ho-
stibus victoriam eius prælij dedit. Cosconius &
Luceius Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium
nobilissimū hostium ducem occiderunt,
compluraq; eorum oppida in ditionem ac-
ceperunt. L. Sylla Hirpinos domuit, Samnites
multis præliis fudit, aliquot populos recepit:
quantisq; raro quisquam ante consulatum re-
bus gestis, ad petitionem consulatus Romam
est profectus.

LIBER LXXVI.

*De rebus gestis aduersus Lucanos, Marruecos, Ve-
pinos, Petignos, Ascalanos, Italicos: ab A. Gabinio,
Sulpitio, Cn. Pompeio, L. Murana & Cacilio Pinna.
Ariobarzanes & Nicomedes regni pulsū à Mithrida-
te Ponti. De Thracibus in Macedonia.*

A Gabinius legatus, rebus aduersum Luca-
nos prosperè gestis, multis oppidis expu-
Epitomator Linij

gnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit.

Sulpitius legatus Marracinos cecidit, universamq; eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Vestinos & Pelignos in deditioinem accepit. Marsi quoque à L. Murana & Caecilio Pinna legatis aliquot præliis fracti pacem petierunt. Asculum à Cn. Pompeio captum est, exsilio à Mamerco Amylio legato Italicis. Silo Popedius dux Marsorum autor huius rei in prælio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithynia regno à Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Præterea incursionses Thracum in Macedoniam continet.

L I B E R L X X V I I .

Sylla, C. Marij & P. Sulpitij pernicioſas leges promulgantibus factionem urbe expellit, statum ciuitatis ordinat, colonias deducit. Mithridates Bithyniam & Cappadociam occupat, Phrygiam intrat pulso Aquitio legato.

CVm P. Sulpitius tribunus plebis autore C. Mario pernicioſas leges promulgasset, ut exales reuocarentur, & noui ciues libertinique distribuerentur in tribus, & vt Marius aduersus Mithridatem Ponti regem dux crearetur & aduersantibus COSS. Q. Pompeio & L. Syllæ vim intulisset, occisoq; Pompei consulis filio, genero Syllæ: L. Sylla COS. cum exercitu in urbem venit, & aduersus factionem Sulpitiij & Marij in ipsa urbe pugnauit, eamq; expulit. ex quo duodecim à senatu hostes, inter quos C. Marius pater & filius. iudicati sunt. P. Sulpitius eum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus & occisus est. seruns, ut præmium pro missi indicij haberet, manumissus est, & ob socios

Ius domini proditi de saxo deiectus est. C. Marius filius in Africam traiecit. C. Marius pater cum in paludibus Minturnenium lateret, extractus est ab oppidanis. & cum ad occidendum eum missus seruus natione Gallus maiestate tanti viri perterritus recessisset, impositus publicè in nauim delatus est in Africam. L. Sylla ciuitatis statum ordinauit, exinde colonias deduxit. Q. Pompeius C O S. ad capiendum à Cn. Pompeio proconsule exercitum profectus; consilio eius occisus est. Mithridates Ponti rex Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulso Aquilio legato, Phrygiam prouinciam populi Romani cum ingenti exercitu intrauit.

LIBER LXVIII.

Mithridates Asiam occupat. Duces Romanos invicula coniicit. Ciues Romani in Asia eius iussu trucidati: Rhodum frustra obsidet: Athenas & alias ciuitates occupat.

Mithridates Asiam occupauit, Q. Oppius proconsulem, item Aquilum legatum invicula coniecit: iussuq; eius quicquid ciuium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum est. urbem Rhodum, que sola in fide permanserat, oppugnauit: & aliquot præliis naualibus victus recessit. Archelaus præfectus regis in Græciam cum exercitu venit, Athenas occupauit. Præterea trepidationē urbium, insularumq; aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum ciuitates suas trahentibus, continet.

LIBER LXIX.

Cinna ob pernicioas leges pulsus urbe, coniuncti cū C. Mario copiis urbem obsides, in pugna fratres duo per ignorantiam concurrunt, cùm vicerit M. Porcius Epitomator Liuīj

spoliaret, agnito fratre, rogo ei ex fructu supra rogum se transfodit, & eodem igni consumptus. Sertorius & Carbo urbē circumcidunt. Marius Ostia expugnat & diripit.

Cornelius Cinna cùm pernicioſas leges per vim ferret, pulsus vrbe à Cn. Octauio collega cum Sextio tribuno plebis, imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudij exercitum in potestatem suam rededit, & bellum vrbi intulit, accersito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa. in quo bello duo fratres, alter ex Pompeij exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrexerunt. & cùm vīctor mortuum spoliaret, agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei ex fructu ipse supra rogum se transfodit, & eodem igni consumptus est. Et cùm opprimi inter initia potuisset: Cn. Pompeij fraude, qui vtranq; pattem fouēdo, vires Cinnæ dedit, nec nisi profligatis optimatiū rebus auxilium tulit, & consulis segnitie confirmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni dati sunt, urbem circunlederunt. Ostiam coloniam Marius expugnauit, & crudeliter diripuit.

LIBER LXXX.

Ciuitas Italicas data. Samnites Cinna & Mario se coniungunt, ab his Plancius cum exercitu caditur. Cinna & Marius in urbem recepsi, capti & cadibus & rapinis vastant, nobilibus aduerso pannis trucidari, in iu M. Antonio & C. Cesare. Crassus filius interficitur: Pater gladio se transfigit. Citra comitia Cinna & Marius consules. Marius senatorem de saks deſici intent: moritur.

I Talicis populis à senatu ciuitas data est. Samnites, qui ſoli arma recipiebant: Cinna & Mario

Mario se coniunxerunt. ab iis Plancius cum exercitu cæsus est. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Ianiculum occupauerunt, & fugati ab Octauio consule recesserunt. Marius Antium quidem, & Ariciam, & Lauinium colonias deuastauit. Cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi propter segnitiem & perfidiam & ducum & militū, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diuersas partes transibant: Cinna & Marius in urbem recepti sunt: qui velut captam eam cædibus & rapinis vastarunt, Cn. Octauio consule occiso, & omnibus aduersæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentissimo viro, & C. Cæsare, quorum capita in rostris posita. Crassus filius ab equitibus Fimbrię interemptus. pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se tranfixit. Et citra vlla comitia consules in sequentem annum seipsoſ renuntiauerunt. eodem die quo magistratum inierant, Marius Sex. Licinum senatorem de saxo deiici iussit. editisq; multis sceleribus, idibus Ianuariis decessit: vir, cuius si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, vtrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. adeò quam Rempubl. armatus seruauit, eam primò togat^o omni genere fraudis, postremò armis euertit.

LIBER LXXXI.

Sylla Athenis expugnatis libertatem reddit. Magnesia defensa. Thraces in Macedonia.

LVCIUS SYLLA ATHENAS, QUAS ARCHELAUS PRÆFESTUS MITHRIDATIS OCCUPARAT, CIRCUNSESTIT, & CUM MAXIMO LABORE EXPUGNAUIT: VRBI LIBERTATEM, & CIVIBUS QUAHABUERANT, REDDIDIT. MA-

gnesia, quæ sola in Asia ciuitas in fide manserat summa virtute aduersus Mithridatem defensa est. Præterea à Thracibus in Macedonia gesta continet.

LIBER LXXXII.

Sylla ingentes victorie aduersus Mithridatem terra mariq. C. Fimbria L. Valerium Flaccum successorē sibi missum interfecit & imperium in se transfert. Mithridatus victoria in Asia. Thracum incursiones in Macedonia.

Silla copias regis, quæ Macedonia occupata in Thessaliā venabant, prælio vicit, cæsis hostium C. millibus. castris quoq; expugnatis. reuocato deinde bello, iterum exercitum eius fudit, ac deleuit. Archelaus cum classe regia Syllæ se tradidit. L. Valerius Flaccus C O S. collega Cinnæ missus ut Syllæ succederet, propter auaritiam inuisus exercitui suo à C. Fimbria legato ipsius, vltimæ audaciz homine, occisus est. & imperium ad Fimbriam translatum. Præterea expugnatæ in Asia vrbes à Mithridate, & crudeliter direpta provicia, incursionesque Thracum in Macedonia referuntur.

LIBER LXXXIII.

C. Fimbria Pergamum capit, Ilium delet, Asia partem recipit. Sylla Thracas cedit. Pax cum Sylla mentio. Cinnæ mors. Carbo consulatum solus gerit. Pax Sylla cum Mithridate. Fimbria interficitur.

C. Fimbria in Asia fusis aliquot cōpiis Mithridatis, vrbe Pergamum cepit, obseſſumq; regem nō abfuit multum quin caperet. vrhem Ilion, quæ se potestati Syllæ reſeruabat, expugnauit, ac deleuit, & magnam partem Asie receperit. Sylla multis præliis Thracas excedit.

Cūm

Cum L. Cinna, & Cn. Papyrius Carbo à se ipfis consules per biennium creati, bellum contra Syllam pararent: effectum quidē est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit, & pereos qui concordiz studebant, ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem inuitum congebat naues descendere, & aduersus Syllam proficisci, interemptus est, consulatum Carbo solus gessit. Sylla cùm in Asiam traieisset, pacem cum Mithridate fecit ita, ut his cederet prouinciis, Asia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria desertus ab exercitu qui ad Syllam transierat, ipse se percussit, impetravitq; à seruo p̄brens ceruicem, ut cum omnino interficeret.

LIBER LXXXIIII.

Sylla ciues à Cinna pulsos restitui petat, quod Cinna non admittit, obsides ab oppidis Italiz contra Syllam frustra exigit: ciuibus nouis suffragium datum. Senatus consultum ut omnes ubiq; exercitus dimittantur. Libertini in quinque & 30. tribus distributi. Belli apparatus contra Syllam.

Sylla legatis qui à senatu missi erant, futurus se in potestate senatus respōdit, si ciues qui à Cinna pulsi ad se confugerant, restituerentur. quæ conditio cùm iusta senati videretur, per Carbonem, factionemq; eius, cui bellum videbatur utilius, ne conueniret, effectum est. Idem Carbo, cùm ab omnibus oppidis Italiz obsides exigere vellet, ut fidem illorum contra Syllam obligaret, consensu senatus prohibitus. Nouis ciuibus S.C. suffragium datum est.

Q. Metellus Pius, qui partes optimatium sequitus erat, cùm in Africa bellum moliretur,

Epitomator Linij

à C. Fabio prætore pulsus est, senatusq; consulum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum est, vt omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinq; & triginta tribus distributi sunt. Præterea belli apparatum contra Syllam, quod plurimum excitabatur, continet.

LIBER LXXXV.

Sylla vitoria in Italia.

Sylla in Italiam cum exercitu traeicit, misericordisq; legatis qui de pace agerent, & à consule Cn. Carbone, & C. Norbano violatis. eundem Norbanum prælio vicit. Et cum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerrat, vt pacem iungeret, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, vniuersus exercitus consulis solicitatus per emissos à Sylla milites, signa ad Syllam transtulit: Scipio, cum interimi posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. F. eius qui Asculum ceperat, cōscripto quidem voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Syllam venerat, ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta vrbe ad castra veniretur.

Præterea expeditiones per vniuersam Italiam vtriusq; partis ducum referuntur.

LIBER LXXXVI.

C. Marius in Africa propter crudelitatem & auaritiam in pratorio viuis exustus. Sylla per legatum Sardiniam occupat: Italicos populos sibi adiungit. L. Damasius prator voluntate Marij Senatum & omnem nobilitatem in urbe trucidat, ac inter ceteros Q. Mucium Scaevolam Pontificem Maximam. Bellum adversus Mithridatens renouatum à L. Murata.

Cum

Cvni C. Marius, C. Marij filius COS. ante annos XX. per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem & auaritiam in prætorio suo viuus exustus est. L. Philippus legatus Syllæ Sardiniam, Q. Antonio prætore pulso & occiso, occupauit. Sylla cum Italicia populis, ne timeretur ab iis velut erupturus ciuitatem, & suffragij ius nuper datum, fœdus percussit. itemq; ex fiducia iam certæ victoriarum litigatores, à quibus adhibebatur vadimonia Romam deferre iussit. Cùm à parte diuersa vrbs adhuc teneretur, L. Damasipus prætor ex voluntate C. Marij cōsulis, cùm senatum contraxisset, omnem quæ in vrbe erat, nobilitatem trucidauit: ex cuius quidem numero Q. Muretus Scæuola pontifex maximus fugiens in vestibulo ædis Vestræ occisus est. Præterea bellum à L. Muræna aduersus Mithridatem in Asia renouatum continet.

LIBER LXXXVI.

Victoria Sylla & legatorum eius. Sylla Romam capit.

Sylla C. Marium exercitu eius fuso deletoq; Sad Sacriportum, in oppido Præneste obsecdit, vrbum Romanum ex inimicorum manibus recepit, Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res a legatis eius eadem vbiq; fortuna partium gestas continet.

LIBER LXXXVII.

Sylla Carbonem Italia expellit, Samnites debellat, Romanum & uniuersam Italiam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinat.

Sylla Carbonem, exercitu eius ad Clusium, Sad Fauentiam, Fidentiamq; cæso, Italia ex Epitomator Linij

pulit: cum Samnitibus, qui soli Italicorum populorum nondum arma deposuerant, iuxta urbem Romanam ante portam Collinam debellauit: recuperataq; Rep. pulcherrimam victoriā, crudelitate, quanta in nullo homine unquam fuit, inquinavit. Octo M. deditorum in via publica trucidavit: tabula proscriptio posuit: urbem, & universam Italiam cedibus repleuit: inter quos omnes Prænestinos inermes interimi iussit. Marium senatorij ordinis virum crucibus brachiisq; fractis, auribus praæsectis, & effossis oculis necauit. C. Marius præneste obfessus à Lucretio Asella, Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret euadere, septus ab exercitu mortem sibi constituit. in ipso cuniculo, cum sentiret se euadere minime posse, cū Pontio Telesino fugaz comite stricto utrinque gladio concurrit, quem cum occidisset, saucius à seruo impetravit, ut se occideret:

LIBER LXXXIX.

L. Brutus & Cn. Carbonis mors. Sylla dictator. Tri-
mvs Romanorum cum facibvs 24. procedit. Statum
Reipubl. mutat. Cn. Pompeij victoria in Africa, e-
ques natus annos 24. quod nemini unquam: ex Afri-
ca triumphar. Cn. Norbanus scipsum interimit. ut &
Merellus, à Bastia uxore non admissus, quod pro-
scripus esset. Derebus Sylla in Italia gestus, & 47.
eius legionibus. De Mitylonis in Asia captu.

L. Brutus à Cn. Papyrio Catbone, qui Cor-
L. cyram appulerat, missus naue piscatoria-
Eilybium, ut exploraret an ibi Pompeius esset,
& circumuentus à nauibus quas Pompeius mi-
serat in se inueste verso ad transmarum navis
obdixis corporis pondere occubuit. Cū Pem-
peius

peius in Siciliam cum imperio à senatu missus,
 Cn. Carbonein, qui flens muliebriter mortem
 tulit, captū occidit. Sylla dictator factus, quod
 nemo quidem vñquam fecerat, cum fascibus.
 X X I I I I processit, rebusq; nouis Reip. statuta
 confirmauit: tribunorū plebis potestatem mi-
 nuit: & omne ius legum ferendarum ademit ::
 Pontificum augurumq; collegium ampliauit,
 vt essent quindecim: senatum ex equestri ordi-
 ne suppleuit: proscriptorum liberis ius peter-
 dorum honorum eripuit, & bona eorum ven-
 didit. ex quibus primò multa rapuit, redactum
 est sestertiūm ter millies quingentiesq; Lucre-
 tium Assellam consulatum contra voluntatem
 suam petere ausum iussit interimi in foro: &
 cùm indignè ficeret pop. Rom. concione vocata
 se iussisse dixit.

Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium pro-
 scriptum. & Hieram regem Numidarum bellū
 molientes victos interemit: & 111. & XX.
 annos natus adhuc eques Romanus, quod qui-
 dem nemini cōtigerat, ex Africa triumphauit.
 Cn. Norbanus consularis proscriptus in vrbe
 Rhodo, cùm comprehendetur, se ipse intere-
 mit. Metellus ex proscriptis vñus clam capite
 adoperto ad posticum ædis Bastiæ vxoris cùm
 accessisset, admissus minimè est, quia illū pro-
 scriptum diceret, itaq; se transfodit, & sanguine
 suo fores respersit. Sylla Nolam in Samnio
 recepit. X L V I I . legiones in agros captos de-
 duxit, & eos iis diuinit. Volaterras, quod oppi-
 dum adhuc in armis erat, obfessum in deditio-
 nem accepit. Mitylenæ quoq; in Asia, quæ sola
 urbs post viictum Mithridateum amra retinx-
 bat, expugnata, dirutaq; sunt.

*Sylla in campo Martio sepelitur. M. Lepidus acta
Sylla rescindere conatus moritur. M. Brutus mors. Bel-
lum Q. Sertorij in Hispania. De rebus gestis in Cilicia.*

*S*ylla decessit, honosq; ei à senatu habitus
est, vt in campo Martio sepeliretur. M. Le-
pidus cùm acta Syllæ tentaret rescindere, bellū
excitauit: & à Q. Catulo collega Italia pulsus
est, & in Sardinia frustra bellum molitus pe-
riit: M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam tene-
bat, à Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius
proscriptus in vltiore Hispania ingens bellū
excitauit. L. Manlius proconsul, & M. Anto-
nius legatus ab Hirtuleio quæstore prælio vi-
cti sunt. Præterea à P. Seruilio proconsule ad-
uersus Cilicas res gestas continet.

LIBER XC I.

De bello Sertoriano & Thracico.

*C*N. Pompeius cùm adhuc quæstor esset,
cum imperio consulari aduersus Sertoriū
missus est. Sertorius aliquot vrbes expugna-
uit, plurimasq; ciuitates in potestatem suam
redegit. Ap. Claudio proconsul Thracas plu-
ribus præliis vicit. Q. Metellus proconsul L.
Hirtuleium quæstorem Sertorij omni cgm ex-
ercitu cæcidit.

LIBER XC II.

*De bello Sertoriano & in Thracia aduersus Dar-
danos.*

*C*N. Pompeius adhuc dubio euentu cum
Sertorio pugnauit, ita vt singula ex utraq;
parte cornua vicerint. Q. Sertorius Metellum
& Perpennam cum duobus exercitibus prælio
fudit, cuius victorix partem cupiens auferre
Pom-

Pompeius; parum prosperè pugnauit. obfessus
deinde Calagurij Sertorius assiduis eruptioni-
bus non leuiora damna obſidentibus tulit.
Præterea à Curione proconsule in Thracia res
gestas aduersus Dardanos, & Q. Sertorij multa
crudelia in suos facta continent, qui plurimos
amicorum & secum proscriptorum criminis
prodigionis insimulatos interemis.

LIBER XCII.

*Iſauri & piratae in Cilicio vici. Nicomedes Bi-
thyniam testamento Romanis reliquit. Bithynia in-
formam prouincie redacta. Mithridates fædere cum
Sertorio isto bellū Romanis infert. De bello Sertoriano.*

P. Seruilius proconsul in Cilicia Iſauros do-
mit, & aliquot vrbes piratarum expu-
gnauit. Nicomedes Bithyniæ rex moriens pop.
Rom. fecit hæredem, regnumq; eius in prouin-
ciæ formam redactum est. Mithridates fædere
cum Sertorio isto, bellum populo Rom. intu-
lit. Apparatus deinde regiarum copiarum pe-
destrium naualiumque, & occupata Bithynia.
M. Aurelius Cotta C O S. ad Chalcedonē prælio
à rege vicit. rexque a Pompeio & Metello
victus. & ut contra Sertorium egerunt, qui om-
nibus belli militiæq; artibus patuit. quos etiā
ab obſidione Calagurij oppidi depulſos coegit
diuersas regiones petere. Metellum ulteriorem.
Hispaniam, Pompeium Galliam.

LIBER XCIII.

*Victoria aduersus Mithridatem L. Luculli & De-
sertari: aduersus Sertorium Pompej.*

L. Lucullus C O S. aduersus Mithridatem e-
questribus præliis feliciter pugnauit. &
Excessus L. iug.

expeditiones aliquot prosperas fecit, poscen-
tesq; pugnam milites à seditione inhibuit. De-
iotarus Gallogrecia tetrarches praefectos Mi-
thridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit.
Præterea res à Pompeio in Hispania contra Ser-
torium prosperè gestas continet.

LIBER XC V.

*Victoria de Dardanis in Thracia C. Curionis. Bel-
lum Spartaci & seruorum in Italia Victoria de Mi-
thridate L. Luculli.*

C. Curio proconsul Dardanos in Thracia
domuit. Quatuor & septuaginta gladia-
tores Capuz ex ludo Lentuli profugerunt. &
congregata seruorum & ergastulorum multi-
tudine, Chryso & Spartaco ducibus, bello exci-
tato, Claudio Pulchram legatum, & P. Vore-
num prætorem prælio vicerunt. L. Lucullus
proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mi-
thridatis fame ferroq; deleuit, pulsumq; à Bi-
thynia regem variis belli ac naufragiorum ca-
sibus fractum coegit in Pontum profugere.

LIBER XC VI.

*Pugna varia aduersus Spartacum. Sertorius in con-
uiuio interficitur anno ducatus sui octavo. Imperium
ad Marium translatum, quent Cn. Pompeius captum
interimit, & Hispaniis recipit. Victoria Spartaci.*

Q. Arius prætor Chrysium fugitiorum du-
cem cum viginti millib. hominum cœ-
cidit. C. Lentulus CO S. malè aduersus Sparta-
cum pugnauit. Ab eodē L. Gellius, & Q. Arius
prætor acie victi sunt. Sertorius à M. Antonio
& M. Perpenna, & aliis coniuratis in conuiuio
interfectus est, octavo ducatus sui anno, ma-
gnum dux, & aduersus duos imperatores Pom-
peium

peium & Metellum sape par, ut frequentius
victor, ad ultimum desertus & proditus. Imper-
ium partium ad Marium translatum est: quem
Cn. Pompeius viatum captumq; interemit, ac
recepit Hispanias decimo fere anno quam cœ-
ptum erat bellum. C. Cassius proconsul, Cn.
Manlius prætor male aduersus Spartacum pa-
gnauerunt, idque bellum M. Crasso prætori
mandatum est.

LIBER XCVII.

*Victoria de fugitiis & Spartaco. Clades M. Anto-
niij in Creta: Victoria M. Luculli de Thracibus, L.
Luculli de Mithridate. Tribunitia potestas restituta.
Iudicia ad equites translata. Mithridatis fuga ad
Tigranem.*

M. Crassus prætor primùm cum parte fu-
gitiorum, quæ ex Gallis Germanisque
constabat, feliciter pugnauit, cæsis inimicorum
XXXV. millibus, & duce eorum Granico. Cum
Spartaco dein debellauit, cæsis cum ipso milli-
bus quadraginta M. Antonius prætor bellum
aduersus Cretenses parum prosperè gestum
morte sua finiuit M. Lucullus proconsul Thra-
cas subegit. L. Lucullus in Ponto aduersus Mi-
thridatem feliciter pugnauit, cæsis hostium am-
plius quam L X. millibus. M. Crassus & Cn.
Pompeius COS S. facti sunt. sicut Pompeius,
antequam questuram gereret, ex equite Roma-
no. Tribunitiam potestatem restituerunt. Iudi-
cia quoq; per M. Aurelium Cottam prætorem
ad equites Romanos translata sunt. Mithrida-
tes desperatione rerum suarum coactus ad

Tigranem Armeniæ regem
confugit.

Mithridatus filius à L. Lucullo in amicitiam receptus. Censura aspera Lentuli & Gellij. Lustrum. Victoria Metelli aduersus piratas. Templum Capitolinū à Catulo refectum & dedicatum. De rebus in Armenia aduersus Mithridatē & Tigranem: Q. Metello aduersus Cretenses.

LAChares filius Mithridatis, Bosphori rex à L. Lucullo in amicitia receptus est. C. Lentulus & L. Gellius censores asperam censuram egerunt, IIII. & LX. senatu motis. à quibus lustrum conditum est. Censa sunt ciuium capita CCCCL. millia. L. Metellus prætor in Cilicia aduersum piratas prosperè rem gessit.

Templum Iouis in Capitolio, quod incédio consumptum erat, refectum à Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatē, & Tigranem, & immensas vtriusq; regis copias multis certaminibus fudit. Q. Metellus proconsul bello sibi aduersum Cretenses mando, Cydoniam urbem obsedit. C. Triarius legatus Luculli aduersus Mithridatē parum prosperè pugnauit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatē ac Tigranem, summamq; victoriae imponeret, seditione militū renuit, qui sequi nolebant: quia legiones Valerianæ, impleta sc. stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

LIBER XCIX.

Victoria Q. Metelli in Creta insula. Lex Rosciū ut equisibus Romanis in Theatre 14. gradus proximi asfiguantur. Tiratricum bellū Pompeij quadragesima die censicat. De rebus gestis Q. Metelli aduersus Cretenses, & maxime eius & Pompeij querela.

Q. Metel-

Q. Metellus proconsul Gnoson, & Lyctum & Cydoniam, & alias plurimas ciuitates expugnauit. L. Roscius Trib. pleb. legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus, qui commercium annonæ intercluserat, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloq; cum iis in Cilicia confecto, acceptis in ditionem piratis, agros & vrbes dedit. Præterea res à Q. Metello aduersus Cretenses continet: & epistolas Metelli & Cn. Pompeij inuicem missas. queritur Metellus gloriam rerum à se gestarum à Pompeio sublatam præteriri, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas vrbiū ditiones. Pompeius Romæ rationem reddit hoc se facere debuisse.

LIBER C.

Mithridaticum bellum Pompeio mandatum: Cretensibus domitis leges fert Q. Metellus. Amicitiam sum Phraate Parthorum Pompeius renouat: Mithridatem vincit. De bello inter Phraatem & Tigranem, idem inter Tigranem patrem & filium.

C. Manlius tribunus plebis indignatione maxima nobilitatis legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Concio eius bona. Q. Metellus domitis Cretensib. libertè in id tempus insulę leges tulit. Cn. Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit: equestri prælio Mithridatem vicit. Præterea bellum inter Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum

246 HIST. ANTIQ. LIB. III.
regem, ac demum inter filium Tigranem pa-
tremq; gestum continet.

L I B E R C I.

Pompeius noctu Mithridatem vineit, Tigranem in
deditio nem accipit, Syria, Phoeniciam & Ciliciam
ei adimit, Armeniam concedit. Coniuratio in Consu-
les à nonnullis de ambitu damnatu. Victoria Pompeij
insignes. Mithridati fuga.

C N. Pompeius Mithridatem nocturno pre-
lio victu coëgit Bosphoron profugere: Ti-
granem in deditio nem accepit, eiq; ademptis
Syria, Phoenicia, & Cilicia, regnum Armenie
restituit. Coniuratio eorum qui in petitione
consulatus ambitus damnati erant, facta de in-
terficiendis C O S S. oppressa est. Cn. Pompeius
cùm Mithridatem persequeretur, in ultimas
ignotasq; gentes penetrauit: Iberos, Albanos,
qui transitum minimè dabant. prelio vicit. Pre-
terea fugam Mithridatis per Colchos, Henio-
chosq; & res ab eo in Bosphoro gestas cōtinet.

L I B E R C II.

Pompeius Pontum in prouincia formam redigit
Mithridates à Pharnace filio obseßus. Mors Mithri-
datis. Iudea subacta à Pompeio, Hierosolyma capta.
Coniuratio Catilina detecta.

C N. Pompeius in prouinciaz formam Pon-
tum redegit. Pharnaces filius Mithridatis
bellum patri intulit. ab eo Mithridates obseß-
sus in regia, cùm veneno sumpto parum profe-
cisset ad mortem: à milite Gallo, nomine Bi-
bius... à quo vt iuuaretur petierat, interfectus
est. Cn. Pompeius Iudeos subegit. fanum eorū
Hierosolyma iauolato aucte id tempus, cepit.

L. Catili-

L. Catilina bis repulsam in petitione consula-
tus passus, cum Lentulo prætore & Cethego &
pluribus coniurauit de cæde consulum & sena-
tus, incendiois urbis, opprimenda Republ. exer-
citu quoq; in Hetruria comparato. Ea con-
iuratio industria M. Tullij Ciceronis eruta est.
Catilina urbe puiso, de reliquis coniuratis om-
nino sumptum supplicium est.

LIBER C III.

*Catilina à C. Antonio cum exercitu cæsus. P.
Clodij absolutio indigna. Allobroges domiri. Clau-
dius ad plebem transit. Lusitani subatti à C. Cæsare.
Conspiratio Pompeij, Crassi, Cæsari in Rempubl. Leges
agraria à Cæsare lata. Clades C. Antonij in Thracia.
Exilium Ciceronij. Heluerij domiti à Cæsare. Desita
Gallia. Triūphus Pompeij. Idē Magnus cōsalutatur.*

*C Atilina à C. Antonio proconsule cum e-
xercitu cæsus. P. Clodius accusatus, quod
in mulieris habitu sacrarium in quod virum
intrare nefas est, intrasisset: cumq; uxorem Me-
telli Pontificis stupravisset, absolutus. Cn. Po-
titius prætor Allobroges qui rebellauerant, ad
Solonem domuit. P. Clodius ad plebem tran-
sit. C. Cæsar Lusitanos subegit: eoq; consula-
tus candidato, & captante Rempubl. inuadere,
conspiratio inter tres principes ciuitatis facta
est, Cn. Pompeium, M. Crassum, & C. Cæsarem.
Leges agrariae à Cæsare consule cum maxima
contentione, inuito senatu & altero consule
M. Bibulo latè sunt. C. Antonius proconsul
in Thracia parum prosperè rem gessit. M. Cice-
ro lege à P. Clodio tribuno plebis lata, quia in-
demnatos ciues necauisset, in exilium missus
est. Cæsar in propinçiam Galliam profectus,*

Heluetios, gentem vagam, domuit, quæ sedem
quærens per prouinciam Cæsaris Narbonem
iter facere volebat. Præterea situm Galliarum
continet. Pompeius de liberis Mithridatis, Ti-
grane & Tigranis filio triumphauit. Magnusq;
à tota concione consalutatus est.

LIBER C IIII.

*De situ & moribus Germania. Germanos Gallia
Cæsar expellit. Cicero ab exilio reductus. Annona cura
Pompeio mandata per quinquennium. Victoria Cæ-
saris in Belgio. Cyprus in prouincia formam redacta :
Regia eius pecunia publicata : M. Catoni eius rei
administratio data. Ptolemeus Ægypti à suis pulsus
Romam venit. Victoria Cæsaris de Venetiis in Gallia.
Victoria legatorum eius.*

Prima pars libri situm Germanicæ moresq;
continet. C. Cæsar contra Germanos, qui
Ariouisto duce in Galliam descenderant, cùm
exercitum duceret, rogatus ab Heduis & Se-
quanis, quorum ager possidebatur: trepidatio-
nem militum propter metum nouorum hostiū
ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos
prælio Germanos Gallia expulit. M. Cicero,
Pompeio inter alios orante, & T. Annio Milo-
ne tribuno pl. ingenti gudio senatus ac vni-
uersitate Italie ab exilio reductus est. Cn. Pompeio
per quinquennium annonæ cura mandata est.
Cæsar Ambianos, Suessiones, Viromanduos,
Atrebates, Belgarum populos, quorum quidē
maxima multitudo erat, prælio victos in dedi-
tionem accepit: ac deinde cōtra Neruios unam
harum ciuitatum cum maximo discrimine pu-
**gnauit, eamq; gentem deleuit, quæ bellum ges-
uit, donec ex sexaginta millibus armatorū trē-**
centiā

centi superessent, ex nonaginta quinq; senato-
ribus tres tantummodo euaderent. Lege lata
de redigenda in prouinciæ formam Cypro, &
publicanda pecunia regia, M. Catoni admini-
stratio eiusdem rei mandata est. Ptolemaeus Æ-
gypti rex ob iniurias quas patiebantur, à suis
regno pulsus Roinam venit. C. Cæsar gentem
oceano iunctam, Venetos nauali prælio vicit.
Praterea a legatis eius eadem fortuna res ge-
stas continet.

LIBER C V.

*De M. Catone tria notatu digna. Ptolemeus à Gabi-
ni reductus. Cæsar vallis in Gallia Germanis Rhenu
transcendit, proximam partem Germanie domat, in
Britanniā traject: Insula partem in potestatē redigit.*

C Vm M. Catonis tribuni plebis intercessio-
nibus comitia tollerentur, senatus vestem
mutauit. M. Cato in petitione prætoriæ prælato
Vatinio repulsam tulit. idem cùm legem impe-
diret qua prouinciæ consulares in quinquen-
nium, Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria & Par-
thicum bellum, Cæsari Gallia & Germania da-
bantur, à C. Trebonio tribuno plebis legis au-
tore in vincula ductus est. A. Gabinius procon-
sul Ptolemaeum in regnum reduxit Ægypti, re-
iecto Archelao, quem sibi regem asciuerant.
Cæsar, victis Germanis, & in Gallia cæsis, Rhe-
num transcendit, proximā partē Germaniæ do-
muit, ac deinde oceano in Britaniā parū pro-
spere tempestatib. aduersis traiecit: iterumq;
parū feliciū, maximaq; hominū multitudine
eçsa, reliquā partem insulę in potestatē rededit.

LIBER C VI.

*Iulia Cæsari filia uxor Pompej, in campo Marric
Epitomator Liuij*

*Sepulta Gallorum & Ambiorigi ducis Eburonum vicitur
Horia de Romanis, & circa Treuiros. M. Crassi mortis
in Parthia*

Iulia Cæsaris filia, Pompeij vxor, decessit hominesq; maximus ei à populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum multi populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerunt: à quibus Cotta & T. Aurunculeius legati Cæsaris insidiis circumuerti, cum exercitu cui præerant, cæsi sunt: & cùm aliarum quoq; legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent, interque eos, qui in Treuitis præcerat, Q. Cicero: ab ipso Cæsare hostes prælio fusi sunt. M. Crassus bellum Parthis illatus Euphratē fluum transiuit: victusq; prælio in quo & filius eius cecidit, cùm reliquias exercitus in collem recepisset, euocatus in colloquium ab hostibus ut de pace acturus, quorum dux erat Surenas, comprehensus, & nequid viuus patetur, repugnans interemptus est, & ita periiit.

L I B E R C V I I .

Victoria Cæsaris in Treuiris, Eburonibus & de rege Ambiorige. Claudio à Milone interfactus. Pompeius Consul factus absens & solus, quod nemini unquam contigit. Milo in exiliū actus. Cæsar absentis ratio in petitione consulatus habetur, contradicente M. Catone. Victoria Cæsaris de Vercingentorige Arverno: De Auarico Biturigū Gergouia Aruernorū captis.

C. Cæsar Treuiris in Gallia vici, iterum in Germaniam transit, nulloq; ibi inuenito hoste, reuersus in Galliam, Eburones, & alias ciuitates quæ conspirauerant, vicit, & regem Ambiorigem in fuga persecutus. P. Clodij à T. Annio Milone, candidato consulatus, Appia via ad

via ad Bouillas occisi corpus plebs in curia cremauit. Cum seditiones inter candidatos consulatus, Hypscum, Scipionem, & Milonem essent, qui armis ac vi contendebant: ad comprimendas eas Cn. Pompeius legatus à senatu consul tertium factus est, absens. & scelus, quod nemini unquam contigit. Questione decreta de morte P. Clodij, Milo iudicio damnatus in exilium actus est. Lex dicta est, ut ratio absentis Cæsaris in petitione consulatus haberetur in uito & contiadidente M. Catone. Præterea res gestas à C. Cæsare aduersum Gallos, qui propè uniuersi Vercingentorige Aruerno duce defecerunt, & laboriosas obsidiones urbium continet: inter quas Auarici Biturigum, Gergouix Aruernorum.

LIBER CVIII.

Victoria Cæsaris de Gallia ad Alexiam. C. Cæsari de Parthis. Secunda Catoni repulsa in Consularu Victoria Cæsaris de Bellonatis & alijs Gallia populis. Contentiones de successore Cæsari mittendo. De rebus gestis in Syria à M. Bibuto.

Cæsar Gallos ad Alexiam vicit, omnesq; C. Galliæ ciuitates quæ in armis fuerant, in ditionē accepit. C. Cassius questor M. Crassi, Parthos qui in Syriam transcederant, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit, creatis COS S. Ser. Sulpitio, & M. Marcello. C. Cæsar Bellouacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter COS S. de successore C. Cæsari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule ut Cæsar ad petitionem consulatus veniret, cum is, lege lata in id tempus consulatus, prouincias obtinere debebet: resq; à M. Bibulo gestas in Syria consistat.

D E C O N S V L I B V S E X
*Messalæ Coruini libro de progenie Augusti
 ad Augustum.*

DEpulsis regibus, sub Cōfūlibus annuo imperio iura Romana fuere. Senatus, vt solidum corpus, immutabile erat; Consules, velut membra: Senatus, consilium, & rerum deliberatio; Consules, ad consulta peragenda parati. *Dictatorū* imperium, quod cæteros magistratus excedebat, ad terrorē cunctorum, tum quuin res Romana in extremis periculis nutare cerneretur, creabatur, summæ potentiaz vnicum robur. Inde obtruculentissimas inter patricios ac plebeios seditiones, plebs armata, maximo cum terrore nobilium, in Auentinum, & vt aliis placet, in Sacrum collēm secesserat: nec inde abduci potuit, donec ad fauorem sui, *Tribuni plebeij* primū crearentur. Mox ad *Decemviro*s res venit. nam Decemviroscari placuit, qui sine alio magistratu, annuo imperio reipublicæ præsenterent. Anno ab urbe condita uno & trecentesimo, hoc imperiū in Appio Claudio, atrocissimi ingenij viro, desinere voluit eiusdem obstinata perfidia: ob cuius sceleraz libidinis nefas violandæ Virginiz virginis pudicissimæ, se abdicare magistratu Decemviri coacti sunt. Tum ad consules res sedierat. Verum paulo post, Tribunis plebis auctoribus, seditione vt alias orta, inter cætera obtinuere plebeij, vt & *Tribunos militares* habent, sicut & *Plebeios*. Sed hi promiscue vel patricij;

tricij: vel plebeij esse poterant; qui aliquando
 consulare gessere imperium. Sed demum Con-
 sules regnum obtinuēt; quorum fasces adus-
 que Iulij Cæsaris patris patruiq; tui. principa-
 tum defluxere, expletis ab urbe condita annis
 septingentis decem. Sub quorum magistratuū,
 consulum, dictatorum, & tribunorum milita-
 rium ductu, per quadringentos quadraginta &
 septem annos, omnis Italia viribus armorum
 subacta est, simul & alpes Cottiz, Pœniz, &
 Graiz atq; Romanz, cum Alpinis populis, ipsi
 in rupibus duratis, in ditione conuenere. Afri-
 ca ter vīta, primo & secundo & tertio bello
 Punico, inestimabili vulnere utrimq; accepto,
 Romano imperio tandem parta: Sicilia, Sardi-
 nia, Baleares, Creta, insulæ obtenta. Numidia
 vīto Jugurtha in potestatem redacta. Hispaniā,
 genus armorum feroz, nostrorum, nec sine Ro-
 mano crōre, subiugauērē arma. Celtiberi, Can-
 tabri, Astures, Lusitani, Numantia, omnisque
 Gallia, flexere cervicem. Gallia atq; Britan-
 nia nouem annorum Iulij Cæsaris labor fuere;
 tributariæ demum factæ. Post hæc Illyria, Istria,
 Liburni, & Dalmatae obsecundauērē perdomi-
 ti. Proinde in Græciam transitus fuit. qua per-
 domita, Epirus, Thessalia, & Achaia, paruere
 mandatis. Ter Macedonia cum regibus suis
 debellata, & in prouinciaz formam demum re-
 dacta. Thraces, seuissimos omnium; Propon-
 tidem & Thraciū Bosphorū cum ipso By-
 zatio, virtus Romana superatos reddidit. Hinc
 ad Danubium Rhenumq; tuis auspiciis victo-
 riosissime Principum, penetratum, & utriusq;
 fluminis utramq; ripam tuę industriz subiuga-

Messala Corvinus

uere vires. Dux Germaniaz, inferior ac superior,
 sibi vnicō cessere. Norici, Pannonij, Sueui, Mar-
 comanni, Daci, Mœsi, ceteraq; nationes ad Ar-
 ctōn, superati. Europa in extremis finium suo-
 rum per te vndiq; exterrita, & armis concussa.
 In Asiam iam antē peruentum fuerat; & victo
 Antiocho potentissimo Syriaz rege, victo Mi-
 thridate, Syria, Phœnix, Ctesiphon, Babylonia,
 Iudæa, Palæstina, Arabia, Cilicia, & omne Ponti
 regnum, cuī ipsa minore Asia, in qua Phrygia,
 Lydia, Bithynia, Paphlagonia, Isauria, & Cap-
 padocia regiones continentur, mandatis ob-
 temperauere. Cessit & vtraque Armenia armis
 attrita. Mesopotamia inter Tigridem & Eu-
 phratem sanguine Parthotum ac Persarum cre-
 bro cruenta multiplici bello, demum Romano
 paruit. Diuersis temporibus cum Persis & Par-
 this assidue pugnatum; & vtrimeq; cladibus
 acceptis, Romanus superior fuit, & obstantibus
 imperauit. Ad Arctōn Colchi, Hiberi, Albani,
 Scythæ, Assyrij, Caspij, cum Amazonibus suis,
 ductu nostrorum ducum subiugati sunt. Ægy-
 ptiorum reges vlt̄ò in amicitia & fœdere ste-
 terunt. Cyrene ac tota Libya & Mauritania, ex-
 stincto Iuba, obsequentes fuere. Indi ex ipso
 extremo Oriente postremò ad te gloriosissime
 Principum, in extremo Occidente tum bella
 gerentem, legationem misere, ad obsequia se
 paratos profitentes, vt nonnihil te imperante
 haud superesset indomitum. Æternum
 vale cui seculi perenne ac im-
 mortale decus. Cæsar
 Auguste.

DE CONSVLIBVS EX

L. Flori libris Historiarum.

De mutatione Reipubl. CAP. IX.

Gitur Bruto Collatinoq; ducibus & auctoribus, quibus vltionē sui moriens matrona mādauerat, populus Romanus ad vindicādum libertatis ac pudicitiae decus quodam quasi instinctu deorum concitus, regem repente destituit, bona diripiit, agrum Marti suo consecrat; imperium in eosdem libertatis sux vindices transfert; mutato tamen & iudice, & nomine quippe ex perpetuo annum placuit; ex singulari, duplex; ne potestas solitudine vel mora corrumperetur. *Consulesq;* appellauit pro regibus; vt consulere se ciuibus suis debere meminissent. Tantumque libertatis nouę gaudium incesserat, vt vix mutati status fidem caperent; alienumq; ex consulibus, tantum ob nomen & genus regiū, fascibus abrogatis, vrbe dimitterent. Itaq; substitutus Valerius Poplicola, ex summo studio annixus est ad augendā liberi populi maiestatem. Nam & fasces ei pro libera concione submisit, & idē prouocationis aduersus ipsos dedit. Et ne specie arcis offendret, eminentes q̄des suas in plana submisit. Brutus verò fauori ciuium etiam domus sux clade & parricidio velificatus est. quippe cùm stude-re reuocandis in vrbe regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, & concione media virgis cecidit, & secuti percussit: vt plane publicus parens in locū liberorū adoptasse sibi pop. Rom. videretur. Liber iam hinc Po. Ro. prima

L. Florus lib. I.

aduersus exterros arma pro libertate corripuit; mox pro finibus; deinde pro sociis; tum pro gloria & imperio; lacescentibus assidue usque-quaq; finitimis: quippe cum patrij soli gleba nulla esset. sed statim hostile pomerium; me- diusq; inter Latium & Tuscos quasi in quodā biuio collocatus, omnibus portis in hostem incurreret; donec quasi contagione quadam per singulos itum est. & proximis quibusque correptis totam Italiam sub se redigeret.

Bellum Etruscum & cum rege Porsena.

CAP: X.

PVLsis ex vrbe regibus, prima pro libertate arma corripuit. Nam Porsena rex Etruscorum, ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen, quamuis & armis & fame vrgeret, occupatoq; Ianiculo ipsis vrbis faucibus incubaret, sustinuit, repulit: nouissimè etiam tanta admiratione perculit, ut superior vltro cum pñne victis amicitia fœdera feriret. Tunc illa Romana pericula atq; miracula, Horatius, Mucius, Cloelia: quæ nisi in annalibus forent, hodie fabulæ viderentur. Quippe Horatius Coëles, postquam hostes undique instantes solus submouere non poterat, ponte reciso transnatat Tiberim, nec arma dimittit. Mucius Sezuula, regem per insidias in castris eius aggreditur: sed ubi frustatum circa, purpuratum eius ictum tuetur, ardenterbus focis iniicit manum, terremq; geminat dolo. Vrscias, inquit, quem vitrum effugens, idem trecenti nuraeimus: cum interim (immane dictu) hic interritus, ille trepidaret, tamquam manus regis ardebat. Sic quidem viri. Sed ne qui sexus à laude-

laude cessaret, ecce & virginum virtus. Una ex obsidibus regi data, elapsa custodiam, Clælia, per patrum flumen equitabat. Et rex quidem, tot tantis que virtutum territus monitis, valere liberosque esse iussit: Tarquinij tamdiu dimicauerunt, donec Aruntem filium regis, manu sua Brutus occidit, superque ipso mutuo vulnere expirauit; plane quasi adulterum ad inferos usque sequeretur.

Bellum Latinum. CAP. XI.

LAtini quoque Tarquinios asserebant emulatione & inuidia; ut populus qui foris dominabatur, saltem domi seruiret. Igitur omne Latium. Mamilio Tusculano duce, quasi in regis vltionem tollit animos. Apud Regilli lacum dimicatur, diu Marte vario: donec Postumius ipse dictator signum in hostes iaculatus est, (nouum & insigne commentum) ut petretur cursu. Cossus equitum magister, exuere frenos imperauit; & hoc nouum; quo acrius incurrent. Ea demum atrocitas fuit prælii, ut interfuisse spectaculo deos fama tradiderit, duos in candidis equis Castorem atque Pollucem nemo dubitarit. Itaque & Imperator veneratus est; paetusque victoriam, templa promisit, & reddidit planè quasi commilitonibus deis stipendium. Hactenus pro libertate. Mox de finibus cum eisdem Latinis assidue & sine intermissione pugnatū est. Sora (quis credat?) & Algidum terrori fuerunt; Satricum atque Corniculum præniciæ. De Veis & Bouillis, pudet; sed triumphauimus. Tibur, nunc suburbanum, & æstius Prænestine delicia, nunc upat in Capitolio votis petebantur. Idem tunc

Fæsulæ, quod Taphræ nuper idem nemus Africinum, quod Hercynius saltus; Fregelle, quod Gesoriacum; Tiberis, quod Euphrates. Coriolos quoq; prò pudor viatos adeo gloriz fuisse, ut captum oppidum C. Marcius *Coriolanus* quasi Numantiam aut Africam nomini indueret. Exstant & parta de Antio spolia, quæ C. Mænius in suggestu fori, capta hostium classe sufficit: si tamen illa classis: nam sex fuere rostratae. Sed hic numerus illis initiis nauale bellum fuit. Peruicacissimi tamen Latinorum Æqui & Volsci fuere. & quotidiani, ut sic dixerim, hostes. Sed hos præcipue L. Quinctius domuit, ille dictator ab aratro; qui obfessa ac penè iam capta L. Minuti consulis castra, egregia virtute seruauit. Medium erat forte tempus sementis, quum patricium virum innixum aratro suo liberator in ipso opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à rustici operis imitatione cessaret, viatos more pecudum sub iugum misit. Sic expeditione finita, rediit ad boves rursum triumphalis agricola. Fides numinum, quæ velocitate intra xvi dies cœptū peractumq; prorsus est bellum: ut festinasse dictator ad relictum opus videretur.

Bellum cum Etrusciis, Faliscis, & Fidenatis.

CAP. XII.

Asidiui verò & anniversarij hostes ab Etruria fuere Veientes; adeo vi extraordinariam manum aduersus eos promiserit, priuatumque geslerit bellum gens vna Fabiorum, scilicet superque idonea clade, Cæsi apud Cremeram.

ram trecenti & sex, patricius exercitus: & sele-
 mto signatur nomine quæ proficiscentes in
 prælium porta dimisit. Sed ea clades ingenti-
 bus expiata victorijs, postquam per alios atque
 alios duces robustissima capta sunt oppida;
 vario quidem euentu. Falisci se sponte dedide-
 runt: cremati suo igne Fidenates: rapti fun-
 ditus deletique Veientes. Faliscis, quum obsi-
 derentur, mira visa est fides Imperatoris; nec
 immerito; quod ludimagistrum urbis prodi-
 torem; cum his quos adduxerat pueris, vin-
 etum sibi vltro remisisset. Eam namque Fu-
 rijs Camillus, vir sanctus & sapiens, sciebat
 veram esse victoriam, quæ salua fide & integra
 dignitate pararetur. Fidenæ, quia pares non
 erant ferro, ad terrorem niouendum facibus
 armatæ, & discoloribus serpeotuni in modum
 vittis, futiali more processerant: sed habitus
 ille feralis, euersionis omen fuit. Veientium
 quanta res fuerit, indicat decennis obsidio.
 Tunc primum hiematum sub pellibus, taxata
 stipendio hiberna; adactus miles sua sponte
 iureiurando, nisi capta urbe non remeare.
 Spolia de Larte Tolumnio rege ad Fætetrium
 reportata. Denique non scalis, nec irruptione,
 sed cuniculo & subterraneis dolis peractum
 urbis excidium. Ea denique visa est prædæ
 magnitudo, ut eius decimæ Apollini Pythio
 mitterentur, vniuersusque populus Romanus
 ad direptionem urbis vocaretur. Hoc tunc
 Veientes fuere; nunc fuisse quis meminit?
 quæ reliquæ? quodque vestigium? Laborat an-
 naliū fides ut Veios fuisse
 credamus.

Hinc siue inuidia deum, siue fato, rapidissimus procurrentis imperij cursus, parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur. quod tempus populo Romano nescio utru clade funestius fuerit, an virtutis experimentis speciosius. Ea certè fuit vis calamitatis, vt in experimentum illatam putem diuinitus; scire volentibus immortalibus diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur. Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, adhoc ipsa corporum mole perinde ac armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, vt planè nata ad hominum interitum, urbium stragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, cùm cingerentur omnia Oceano, ingenti agmine profecti, cùm iam media vastassent, positis inter Alpes & Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur. Tum Clusium opidum obsidebant. Pro sociis ac foederatis popul. Romanus interuenit. Missi ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? Fericius agunt: mouent exinde certamen. Conuersis igitur à Clusio, Romamque venientibus, ad Aliam flumen cum exercitu Fabius consul occurrit. Non Cremeret foedior clades. Itaq; hunc diem fastis Roma mandauit. Fuso exercitu, iam mœnibus urbis appropinquabant. Erant nulla presidia. Tum igitur, aut numquam alias, apparuit vera illa Romana virtus. Quamprimum maiores natu amplissimis usi honoribus, in forum coeunt. ibi deuouente pontifice, diis se Minibus consecrant: statimque in suas quisque ædes regressi, sicut in trabecis erant. & amplissimo

plissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt; vt, cum venisset hostis, in sua dignitate morerentur. Pontifices & Flamines, quidquid religiosissimi in templis erat, partim in dolis defossa terra recondunt, partim imposita plaustris secum auferunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia sacra comitatur. tum excepisse fugientes vñus è plebe fertur L. Albinius, qui depositis vxore & filijs, virgines in plaustrum recepit. Adeo tum quoque in vltimis, *religio publica*, priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus vero, quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio arcem Capitolini montis insedit; obtestata ipsum quasi presentem louem, vt quemadmodum ipsi ad defendendum templum eius concurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur. Aderant interim Galli; apertamque urbem primò trepidi, ne qui subesset dolus: mox ubi solitudinem vident, pari clamore & impetu inuadunt. Patentes paucim domos adeunt: ubi sedentes in curulibus sellis prætextatos senes velut Deos Geniosque venerati; mox eosdem postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant; facesque tectis iniiciunt; & totam urbem igne, ferro, manibus, solo exæquant. Septem mensibus barbari (quis crederet?) circa montem vñu pependerunt; nec diebus modò, sed noctibus quoque omnia experti. quos tandem Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, à summa rupe deiecit: & vt spem hostibus demeret, quamquam in summa fama, tamen ad spē fiducia panes ab arce iaculatus est. & statu

quodam die per medias hostium custodias Fabium Pontificem ab arce demisit, qui solemne sacrum in Quirinali monte conficeret. atq; ille per media hostium tela in columnis *religionis auxilio* rediit, propitiosque deos renunciauit. Nausissimè, cùm iam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes; idq; ipsum per insolētiam. cùm ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbè, vix vittis, increparent, subito aggressus à tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia incendiorum vestigia, Gallici sanguinis inundatione deleret. Agere gratias diis immortalibus ipso tantè cladis nomine libet. Pastorum casas ignis ille; & flama, paupertatē Romæ abscondit. Incēdium illud quid egit aliud, nisi ut destinata hominum ac deorū domicilio ciuitas, non delera nobruta, sed expiata potius & illustrata videatur? Igitur post assertam à Manlio, restitutam à Camillo urbem, actiùs etiam vehementiusque in finitimos resurrexit. Ac primum omnium illam ipsam Gallicā gentem non cōtentus mōenibus expulisse, cùm per Italiam naufragia sua latius traheret, sic persecutus est duce Camillo, ut hodie nulla Senonum vestigia supersint. Semel apud Anienem trucidati, cū singulari certamine Mālius aureum torquē barbaro inter spolia detraxit. inde *Torquati*. Iterum in Pontino agro, eū in simili pugna M. Valerius insequente Gallo, sacra alite adiutus, retulit spolia; & inde *Cornuini*. Necnō tamen post aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella deleuit; ne quis exstaret in ea gente, qui incensam à se Romam urbem gloriaretur.

Bellum

Bellum Latinum. CAP. XIII.

Conuersus à Gallis in Latinos, Mālio Torquato, Decio Mure cōsulibus, semper quidem æmulatione imperij & magistratuum infestos, tum verò contemptu urbis ince:sæ, cùm ius ciuitatis, partem imperij ac magistratu:m posceret patr' imperio, atq; iam amplius quām congregdi auderent. quo tempore quis cessisse hostem mirabitur? cùm alter consulū filium suum, quia cō:ra imperium pugnauerat, qui uis victoreni, occiderit; quasi plus in imperio esset, quām in victoria: alter, quasi monitu deorum capite: velato, primam ante aciem di;s Manibus se deuouerit; vt in cōfertissima se hostium tela iaculatus, nouum ad victoriam iter sanguinis sui semita aperiret.

Bellum Sabinum. CAP. XV.

A Latinis aggressus est gentem Sabinorum; qui immemores factæ sub Tito Tatio affinitatis, quodam contagio belli se Latinis adiunxerant. Sed Curio Dentato consule, omnem eum tractum qua Narambit fontesque Velini, Adriatico tenus mari, igne ferroq;ne vastauit. qua victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in potestatem, vt in vtro plus esset, nec ipse possit æstimare qui vicerat.

Bellum Samniticum. CAP. XVI.

P Recibus deinde Cāpanis motus, nō pro se, sed quod est speciosius, pro socijs Samnitas inuadit. Erat fœdus cum utrisque percussum: sed hoc Campani sanctius & prius, omnium suorum ditione fecerant. Sic ergo Romanus bellum Samniticum, tāquam sibi gessit.

Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga est. nil mollius celo. deniq; bis floribus vernal. nihil vberius solo: ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. nihil hospitalius mari. hic illi nobiles poitus, Caieta, Misenus, & tepentes fontibus Baix, Lucrinus & Auernus, quedam maris otia. hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus; & pulcherrimus omnium Vesuvius, Aetnæ ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiz, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeii; & ipsa caput urbis Capua, quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginemque numerata. Pro hac urbe, ijs regionibus, populus Romanus Samnitas inuasit; gêrem, si opulentiam queras, aureis & argenteis armis discolori veste usque ad ambitum armatam: si insidiarum fallaciam, saltibus ferè & montium fraude grassantem: si rabiem ac fuorem, sacra-tis legibus, humanisque hostiis in exitium urbis agitatam: si pertinaciam, sexies rupto fœdere, cladibusque ipsis animosiorum. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios & Papirios patres, eorumq; liberos, ita subegit ac domuit, ita ruinas ipsas urbis diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur, nec facile appareat materia quatuor & viginti triumphorum. Maximè tamè nota & illustris ex hac gente clades apud Caudinas furcas, Veturio Postumioque consulibus, accepta est. Clauso enim per insidias intra cum saltum exercitu, vnda non posset euadere, stupens occasione tanta dux hostium Pontius, Herenium patrem consuluit: & ille mitteret omnes, vel occide-

et, sapienter ut senior suaserat. Hic armis exutus mittere sub iugum maluit; ut nec amici forent beneficio, & post flagitium hostes magis. Itaque & consules statim magnifice voluntaria deditio turpitudinem foederis dirimunt; & ultionem flagitans miles Papirio duce (horribile dictu) subiectis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit; & in congressu artissime omnium oculos, hostis auctor fuit: nec prius finis cædibus datus, quam iugum & hostibus & duci capto reposuerunt.

Bellum Etruscum & Samniticum.

CAP. XVII.

H Astenus populus Romanus bellum cum singulis gentium: mox aceruatim: tamen sic quoque par omnibus. Etruscorum XII. populi in id tempus incitati, antiquissimus Italæ populus Samnium, & reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. Erat terror ingens tot simul tantorumq; populorum. A latere Etruria infesta, quatuor agminū signa volitabant. Ciminius interim saltus in medio, ante inuius planè, quasi Caledoniis vel Hercynius, adeo tunc terror erat, ut senatus consuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit ducem, qui fratre præmisso exploraret accessus. Ille per noctem pastorio habitu speculatus omnia, refert. Tum sic Fabius Maximus periculosisssimum bellum, periculo explicauit. Nam subito inconditos atque palantes aggressus est; captisque superioribus iugis, in subiectos suo more detonuit. Ea namque species fuit illius belli, quasi in Terrigenas è calo ac nubibus tela

mitterentur nec incruenta rāmen illa victoria.
nam oppressus in sinu vallis alter consulū
Decius, more patrī deuotum diis Manibus
obtulit caput; solemnemque familiæ suæ con-
secrationem in victoriæ pretium rededit.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho rego.

CAP. XVIII.

Sequitur bellum Tarentinum; unum quidem
titulo & nomine, sed victoria multiplex.
Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos,
& caput belli Tarētinos; idem totam Italiam,
& cum istis omnibus Pyrrhum clarissimū Grā-
ciæ regem, una veluti ruina pariter inuoluit; ut
eodem tempore & Italiam consummaret, &
transinarios triumphos auspicaretur. Taren-
tus etiam, Lacedæmoniorum opus Calabriæ
quondam & Apuliæ totiusque Lucaniæ caput,
tum magnitudine & muris, portuque nobili,
tum mirabili situ. quippe in ipsis Adriatici ma-
ris fauibus posita, in oras nostras, Istriam, Illy-
ricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam,
vela dimittit. Imminet portui ad prospectum
maris positum urbis theatrum; quod quidem
caussa miseræ ciuitati fuit omnium suarum ca-
lamitatum. Ludos fortè celebrabant, quum re-
migantes litori Romanas classes inde vident:
atque hostem rati, emicant, sine discrimine in-
sultant: qui autem, aut unde Romani, nec satis
norant. Aderat sine mora querelam ferens le-
gatio: hanc quoque foedius per obscenam tur-
pemq; dictu contumeliam violat. Exhinc bel-
lum: sed apparatus horribilis; cùm tot simul
populi pro Tarentinis consurgeret: omnibusq;
vehementior Pyrrhus; qui semigræcam ex La-
cedæmonijs

cedemoniis conditoribus ciuitatem vindicaturus, cum totius viribus Epiri, Thessaliam, Macedonia, incognitis que in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis addito insuper feratum terrore, veniebat. Apud Heracleam, & Campaniam fluvium Sirim, Lauino consule, prima pugna: quæ tam atrox fuit ut Ferentanæ turmæ prefectus Obsidius, inuestus in regem, turbauerit, coegeritque proiectis insignibus prælio exceedere. Actum erat nisi elephanti cōuersi in spectaculum belli procurrissent: quodrum tum magnitudine, tum deformitate & novo colore simul ac stridore consternati equi; cum incognitas sibi belluas amplius quam erant suspicarentur, fugam stragemque latè dederunt. In Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est, Fabricio Æmilioque Coss. Iam quippe belluarum terror exoleuerat, & C. Minucius quartæ legionis hastatus, vnius proboscide absissa, mori posse belluas ostenderat. Itaque & in ipsas pila congesta sunt: & in turres vibratæ faces, tota hostium agmina ardentibus ruinis operuerunt: nec aliis cladi finis fuit, quam nox dirimeret, postremusque fugientium ipse rex à satellitibus humero sauciis in armis suis referretur. In Lucania suprema pugna sub Aurusiniis, quos vocant, campis, ducibus iisdem qui superius. Et tunc toti vitoriæ exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. Nam productis in primam aciem rursus elephantis, unum ex his pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit: qui cum per stragem suorum percurrens stridore quereretur, mater agnouit, & quasi vindicatura exsiluit:

Florus lib. 1.

tum omnia circa quasi hostilia graui timore
permisicuit. ac sic eadem feraz, qua primam vi-
ctoriam abstulerant, secundam patem fecerat,
tertiam sine controuetsia tradidere. Nec verò
tantum armis. & in campis, sed consilijs quo-
que & domi intra urbem cum rege Pyrrho di-
micatum est. Quippe post primam victoriam
rex callidus, intellecta virtute Romana, statim
desperauit armis, seq; ad dolos contulit. Nam
interemtos creauit, captiuosque indulgenter
habuit, & sine pretio restituit. Missisq; deinde
legatis in urbem, omni modo adnixus est ut
in amicitiam reciperetur. Sed bello & pace,
foris & domi, omnem in partem Romana vir-
tus tum se probauit: nec alia magis quam Ta-
rentina victoria ostendit populi Romani forti-
tudinem, senatus sapientiam, ducum magnani-
mitatem. Quinam illi fuerunt viri, quos ab ele-
phantis primo puglio obrutus accipimus? o-
mnium vulnera in pectore, quidam hostibus
suis immortui; omnium in manibus enses, &
relictæ in vultibus minæ: & in ipsa morte ira
viuebat. Quod adeo Pyrrhus miratus est, ut di-
ceret; O quam facile erat, orbis imperium occupare,
aut mihi Romanus militibus, aut me rege Romanis!
Quæ autem eorum qui superfuerunt, in repa-
rando exercitu festinatio? cùm Pyrrhus, Vide
me, inquit, plane Herculis sidere procreatum; cui qua-
si ab angue Lernao rotasa hostium capita de sanguine
suo renascuntur. Qui autem ille senatus fuit?
cùm perorante Appio Cæco, pulsi cum mune-
ribus suis ab urbe legati, interroganti regi suo
quid de hostium sede sentirent, Urbem templum
sibi visum; senatus, regum esse confessum confiterentur.

Quales

Quales porrò ipsi duces vel in castris? cùm medicum venale regis Pyrrhi caput afferentem Curius remisit, Fabricius oblatam sibi à rege imperij partem repudiauit. vel in pace? cùm Curius fictilia sua Samnitico præferret auro: Fabricius decem pondo argenti facti circa Rufinum consularem virum, quasi luxuriam, censoria grauitate damnaret. *Quis ergo miretur his motibus, virtute, militia, victorem popul.* Romanum fuisse? vnoque bello Tarentino intra quadriennium maximam partem Italiz fortissimas gentes, opulentissimas vrbes, uberrimasque regiones in deditio[n]em redigisse? Aut quid adeo fidem supereret, quam si principia belli cum exitu conferantur? Victor primo prælio Pyrrhus, totam trementem Italiam, Capaniam, Lirim, Fregellasque populatus prope captam urbem à Prænestina arce prospexit, & à vigelimo lapide oculos trepidæ ciuitatis fumo ac puluere impleuit. Eodem postea bis exuto castris, bis saucio, & in Græciam suam trās mare ac terras fugato, pax & quies, & tanta adeo de opulentissimis tot gentibus spolia, ut vietoriam suam Roma non caperet. Nec enim temere ullus pulchrior in urbem aut speciosior triumphus intravit; cùm ante huic diem nihil nisi pecora Volscoru[m], greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidisset. Tum u[er]o captiuos aspiceres, Molossi, Thessali, Macedones; Bruttius, Apulus, atque Lucanus: si pompas; aurum, purpura, signa, tabulæ. Tarentinæque deliciae. Sed nihil libentius populus Romanus aspexit, quam illas quas timuerat cu[m] turritus suis belluas; quæ, nō sine

270 HIST. ANTIO. LIB. III.
sensu captiuitatis, summissis crucifixibus victores equos sequebantur.

Bellum Picenum. CAP. XIX.

OMNIS MOX ITALIA PACEM HABUIT. QUI ENIM POST TARENTUM AUDERENT? NISI QUOD ULTRÒ PERSEQUI SOCIOS HOSTIUM PLACUIT. DOMITI HINC PICENTES, & CAPUT GENTIS ASCULUM P. SEMPRONIO DUCE; QUI TREMENTE INTER PRÆLIVM CAMPO, TELLUREM DEAM PROMISSA ZDE PLACAUIT.

Bellum Sallentinum. CAP. XX.

SALLENTINI PICENTIBUS ADDITI, CAPUTQ; REGIONIS BRUNDUSIUM CUM INCLYTO PORTU, M. ATILIO DUCE. ET IN HOC CERTAMINE, VICTORIÆ PRETIUM, TEMPLAM SIBI PASTORIA PALES ULTRÒ POPOSCIT.

Bellum Vulsciense. CAP. XXI.

POSTREMI ITALICORUM IN FIDE MANSERE VULSINII, OPULENTISSIMI ETRUSCORUM; IMPLORANTES OPEM ADUERSUS SERUOS QUONDAM SUOS; QUI LIBERTATEM A DOMINIS DATAVIN, IN IPSOS EXERCERANT, TRANSLATAQUE IN SE REPUBL DÖMINABANTUR. SED HI QUOQUE DUCE FABIO GURGITE PÖENAS DEDERUNT.

De seditionibus. CAP. XXII.

HÆC EST SECUNDA ÆTAS POPULI ROMANI, & QUASI ADOLESCENTIA; QUÆ MAXIME VIRUIT, & QUODAM FLORE VIRTUTIS EXARHIT, AC FERBUIT. ITA, QUÆ INERAT, QUÆDAM ADHUC EX PASTORIBUS FERITAS, QUIDDAM SPIRABAT INDOMITUM. INDE EST QUOD EXERCITUS POSTUMIUM IMPERATOREM, INFIRIANTEM QUAS PROMISERAT PRÆDAS, FACTA IN CASTRIS SEDITIONE LAPIDAVIT: QUOD SUB APPIO CLAUDIO NOLUIT VINCERE HOSTEM, CUM POSSLET: QUOD DUCE VOLERONE DETRACTANTIBUS PLERISQUE MILITARI, FRACTI CONSULIS FASCES. INDE QUOD CLARISSIMOS

tissimos principes, quod aduersarentur vcluntati sua exsultatione multauit; vt Coriolanum colere agros iubentem: nec minus ille ferociter iniuriam armis vindicasset; nisi quod iam inferentem signa filium mater Veturia lacrymis suis exarmauit. vt ipsum Camillum, quod iniquè inter plebem & exercitū diuisisse Veientem prædam videretur. Sed hic melior obfessus in capta vrbe cōsuluit: & mox supplices de hoste Gallo vindicauit. Cū senatu quoq; de equo bonoq; certatum est: adeo vt relictis sedibus, solitudinem & interitū patriæ suæ minaretur.

Prima Vrbis discordia. CAP. XXIII.

PRIMA discordia ob impotentiam fœneratorum; quibus in terga quoque seruiliter sequentibus, in Sacrum montem plebs armata secessit; ægreque nec nisi Tribunos plebis impetrasset, Menenij Agrippæ facundi & sapientis viri auctoritate reuocata est. Exstat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam fabula; qua dissensisse inter se quondam humanos artus dicitur. quod omnibus opere fungentibus, solus venter immunis ageret: deinde moribundos à seiunctione redisse in gratiam, quando sensissent quod eius opera redactis in sanguinem cibis irrigarentur.

Secunda Vrbis discordia. CAP. XXIV.

SECONDAM in vrbe media decēuiratus libido conflauit. Allatas à Græcia leges, decem principes lecti, iubenie populo conscriperant; ordinataq; erat in duodecim tabulis tota iustitia: cū tamē traditos fasces regio quodā furore retinebat. Ante ceteros Appius Claudius enī ipsolentia elatus eis, vi ingenuā virginē stupravit.

Elarus lib. 3.

destinaret; oblitus & Lucretiæ, & regum, & iuris quod ipse composuerat. Itaque cum oppres-
sam iudicio filiam, trahi in seruitutem videret
Virginius pater, nihil cunctatus, in medio foro
manu sua interfecit; admotisque signis com-
militonum, totam eam dominationem obses-
sam armis, in carcerem & catenas ab Auenti-
no monte detraxit.

Tertia Vrbis discordia. CAP. XXV.

Tertiā seditionē excitauit matrimonio-
rum dignitas, ut plebeij cum patricijs iun-
gerentur. qui tumultus in monte Ianiculo, du-
ce Canuleio Tribuno plebis, exarsit.

Quarta Vrbis discordia. CAP. XXVI.

Quartam honorū cupido; ut plebeij quoq;
magistratus crearentur. Fabius Ambu-
stus duarum pater, alteram Sulpicio patricij
sanguinis dederat, alterā plebeio Stoloni. qui,
quod vxor eius ad lictoriæ virgæ sonum igno-
tum penatibus suis expauerat, & à sorore satis
insolenter irrita esset, iniuriam non tulit. Itaq;
nactus tribunatum, honorum & magistratum
consortium quamuis inuito senatui extorsit.
Verum in his ipsis seditionibus principem po-
pulum non immerito suspexeris: siquidem
nunc libertatem, nunc pudicitiam; tum nata-
lium dignitatem, honorum decora & insignia
vindicauit. Interque omnia hac nullius acrior
custos quam libertatis fuit: nullaq; in pretium
eius potuit largitione corrumpi; cum, ut in
magnō, & indies maiore populo, interā per-
niciosi ciues existeret, sp. Caiſum Agraria
lege, Mælium largitione suspectum regiæ do-
minationis, præsenū morte multauit. Ac de
Spazio

Spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit : hunc Quinctij Dictatoris imperio in medio foro Magister equitum Seruilius Ahala confudit. Manlium vero , Capitolij vindicem, quia plerosque debitorum liberauerat , altius se & inciuius efferente ab illa quam defenderat arce deiecit. Talis domi ac foris talis pace belloque populus Romanus , fretum illud adolescentiæ id est, secundam imperij ætatem, habuit ; in qua totam inter Alpes fretumque Italiam armis subegit..

L.FLORI HISTORIARVM.

LIBER II.

CAPVT I.

Domita subactaque Italia, populus Romanus propè quingentesimum annum agès ; cùm bona fide adoleuisset ; si quod est robur , si quia iuuentas ; tum ille vere robustus & iuue nis, & par orbi terrarū esse cœpit Itaque, (mirum, & incredibile dictu) qui propè quingentis annis domi luctatus est , (adeo difficile fuerat dare Italiz caput) his C.C. annis qui sequuntur; Africam, Europam, Asiam, totum deniq; orbem terrarum, bellis victorijsque peragrauit.

Primum bellum Punicum. (AP. II.

Igitur victor Italiz populus, cùm à terra freatum usque venisset, mote ignis , qui obuias popularatus incendio silvas, interueniente flumine abrumpitur. paulisper substitit. Mox cùm videt opulentissimam in proximo prædam,

quodammodo Italix sue abscissam, & quasi re-
mulsam; adeo cupiditate eius exarsit, ut quate-
nus nec mole iungi nec pontibus posset, armis
belloque iungenda. & ad continentem suam
reuocanda bello videretur. Sed ecce, vltro ipsiſ
viam pandētibus fatis, nec occasio defuit, cūm
de Pœnorum impotentia, foederata Siciliæ ci-
uitas Messana quereretur. Affectabat enim vt
Romanus, ita Pœnus Siciliam: & eodem tem-
pore paribus vterq; votis ac viribus, imperium
orbis agitabat. Igitur specie quidem socios iu-
nandi; re ac autem sollicitante præda, (quam-
quam territatet nouitas rei; tanta tamen in vir-
ture fiducia est) ille rudis, ille pastorius popu-
lus, vterque terrestris, ostendit nihil interessere vir-
tutus, equis an nauibus, terra an mari dimicaretur.
Appio Claudio cōſule p̄imū fretum ingreſ-
ſus est fabulosis infame monſtris, & tuque vio-
lentum. sed adeo non est exterritus quin ipsam
illam ruentis aſtus violētiam pro munere am-
plecteretur: statimque ac tine mora Hiero-
nem Syracusanum regem tanta celeritate vicit,
vt ipſe ille ſe prius victum quam hostem vide-
ret, fateretur. Duilio Cornelioque consulibus,
etiam mari congredi ausus est. Tum quidem
ipsa velocitas classis comparatæ, victoriæ auſpi-
cium fuit. intra enim ſexagētiū diem quam
exta ſilua fuerat, C L X. nauium classis in anco-
ris ſtetit: vt non arte factæ, ſed quedam munere
deorum conuertæ in naues atque mutatæ arbo-
ſes viderentur. Præli, vero fama mirabilis, cūm
illes celeres volucresque hostium naues, hæ-
graues tardæq; comprehendenderent. Longè illis
plus nauticæ artis, detorquere remos, & ludifi-
cari

cari fuga rostra. In ictu enim ferreæ manus,
 machinæque aliae, ante certamen multum ab
 hoste derisæ: coactique hostes quasi in solido
 decernere. Victor ergo ad Lipatas mersa & fu-
 gata hostium classe, primum illum maritimum
 egit triumphum. Cuius quod gaudium fuit?
 cum Duilius Imperator, non contentus vnius
 diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cœna
 rediret, prælucere funalia, & præcinere sibi ti-
 bias iussit; quasi quotidie triumpharet. Pro-
 tanta victoria leue huius prælij dænum fuit.
 Alter cōsulūm interceptus, Cn. Cornelius Asi-
 na; qui simulato colloquio euocatus atque ita
 oppressus fuit, perfidæ Punicæ documentum.
 Calatino dictatore, fere omnia præsidia Poeno-
 rum Agrigento, Drepano, Panormo, Eryce, Li-
 lybro detraxit. Trepidatum est semel circa
 Camarinensium saltum: sed eximia virtute
 Calpurnij Flaminæ tribuni militum, euasi-
 mus; qui lecta CCC. manu, infestum & in-
 sessum ab hostibus tumulu occupauit. adeoq;
 moratus hostes, dum exercitus omnis euade-
 ret: ac sic pulcherrimo exitu, Thermon, Larum
 & Leonidæ tamam adæquauit. hoc illustrior
 uolter, quod expeditionis tantæ superfuit & su-
 peruixit; licet nihil scripscerit sanguine. L. Cor-
 nelio Scipione, cum iam Sicilia suburbana es-
 set populi Romani prouincia, serpente latius
 bello in Sardiniam, annexamque ei Corian
 aransit; ubi & sic Caralæ urbis excedio incolas
 terruit. adeoq; omnis terra mariq; Poenos ex-
 pugnauit. ut iam victorix nihil nisi Africa ipsa
 restaret. M. Atilio Regulo duce iam Atticæ au-
 gigabat bellū. nec deerat qui ipso rurici matis

nomine ac terrore deficerent, augente insuper Tribuno Mannio metu: in quem nisi paruisse, securi districta Imperator, metu mortis nauigandi fecit audaciam: mox ventis remisque properatum est: tantusque terror hostici aduentus. Rœnis fuit, ut apertis pænè portis Carthago caperetur. Belli prima præmiū fuit ciuitas Clypea, prima enim à Punico litore quasi arx & specula procurrit: & hæc, & C C C. amplius castella vastata sunt. Nec cum hominibus modo, sed cum monstribus quoque dimicatum est; cùm quasi in vindictam Africæ nata mira magnitudinis serpens, posita apud Bagradam castra vexaret. Sed omnium vicit Regulus, cùm terrorem nominis sui late circutulisset, cumq; magnam vim iuuentutis, ducesque ipsos aut excidisset, aut haberet in vinculis, classemque ingenti præda onustam, & triumpho grauem, in urbem præmisisset, etiam ipsam caput bellum Carthaginem vrgebat obsidione, ipsisque portis inharrerbat. Hie paulum circumacta fortuna est; tantum, ut plura essent Romanæ virtutis insignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuersis ad externa auxilia hostibus, cùm Xanthippum illis ducem Lacedæmon misisset, à viro militiæ peritissimo vincimur; cùm fœda clade, Romanisque usu inconnita, viuus in manus hostium venit fortissimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere fractus est, nec legatione suscepta. Quippe diuersa quæm hostes mandauerant, censuit, ne pax fieret, nec commutatio captiuorum recipetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos redditu,

nec vltimo siue carceris seu crucis supplicio, deformata maiestas immò his omnibus admirabilior. Quid aliud quam vietus de victoribus; atque etiam quia *Carthago non cesserat, de fortuna triumphauit?* Populus autem Romanus multò acrior infestiorque pro vltione Reguli, quam pro victoria fuit. Metello igitur consule, spirantibus altius Poenis & reuerso in Siciliam bello, apud Panormum sic hostes cæcidit, vt ne amplius ea in insula concitaretur. Argumentum ingentis victoriæ, centum circiter elephantorum captiuitas; sic quoque magna præda, si gregem illum non bello, sed venatione ceperisset. P. Claudio consule, non ab hostibus, sed à dijs ipsis superatus est, quorum auspicia contemserat; ibi statim classe demersa, ubi ille præcipitari pullos iusserat, quod pugnare ab his veraretur. M. Fabio Buteone consule, classem hostium, in Africo mari apud Ægimurum iam in Italiam vltro nauigantem, cæcidit. quantus ô tum triumphus tempestate intercidit! cum opalenta præda classis aduersis acta ventis, naufragio suo Africam & Syrtes, omnium imperia gentium, insularum litora implevit. Magna clades; sed non sine aliqua principis populi dignitate; intercepta tempestate victoria, & triumphum periisse naufragio. Et tamen cum Funicę prædæ omnibus promotorijs insulisq; allisœ fluitarēt, populus Romanus triumphauit Lutatio Catulo consule, tandem bello finis impositus apud insulas quibus nomen *Ægates*: nec maior alia in mari pugna. quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis hostium classis; & in eis quasi tota Car-

thago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, leuis, expedita, & quodam genere castrensis, ad similitudinem pugnae equestris, sic remis quasi habenis agebatur; & in hos vel in illos ictus inobilia rostra, specie viuentium preferabant. Itaque momento temporis lacerat hostium ratas, totum inter Siciliam Sardiniamque; pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de excidēdis hostium mōenibus non queratur. Superuacuum visum est in arcē murosque scuire, cum iam in mari esset delecta Carthago.

Bellum Ligustinum. CAP. III.

Peracto Punico bello, secuta est brevis tardia & quasi ad recipiendū spiritū requies: argumētumque pacis, & bona fide cessantiū armorū, tunc primum post Numā clausa fuit porta Ianiz, sed statim ac sine mora patuit. Quippe iam Ligures, iam Insubres Galli, neconon & Illyrici lacercebant. sic de sub Alpibus, id est de sub ipsis: Italiaz faucibus, gentes deo qui dam assidue incitare, ne rubiginem ac situm scilicet arma sentirent: denique ita quotidiani & quasi domestici hostes tirocinia militū imbuebant, nec aliter utraq; gente, quam quasi cote quadā, popul. Romanus ferrū suæ virtutis acuebat. **L I G V R E S** imis Alpiū rugis adhærentes, inter Varū & Macram flumē, implicitos dumis silvestribus, maior aliquanto labor erat inuenire, quam vincere. Tutum locis & fuga durum atque velox genus ex occasione magis latrocinia, quam bella faciebat. Itaque cum diu multumque eluderent, saltu, viis, latebris, Decrees, Oxybij, Euburiates, Ingauini; tandem Fuluius latebras eorum ignibus sepsit, Bzibias in plana deduxit: Postumius ita exarma-

uit, vt vix reliquerit ferrū quo terra coleretur.

Bellum Gallicum. CAP. IIII.

Gallis Insubribus, & his accolis Alpiū; animi ferarum, corpora plus quam humana erat. Sed experimēto deprehensum est, quod sic ut primus impetus eis maior quam virorū est, ita sequēs minor quam fœminarū. Alpina corpora humeti cēlo educata habēt quiddā simile cū niuibus suis; quę mox vt caluere pugna statim in sudore eunt, & leui motu, quasi sole laxātur. Hi s̄æpe & alias sed Britomaro duce, non prius soluturos se balteo, quam Capitoliū ascēdissent, iurauerant. Factū est. Victos enim Amylius in Capitolio discinxit. Mox Astrionico duce vovere de nostrorum militum præda Marti suo torque Intercepit Iupiter votum. nam de torquibus eorum aureum tropū Ioui Flaminius erexit. Virdumaro rege Romana arma Vulcano promiserant: aliorū vora ceciderunt. Occiso enim rege Marcellus tertia post Romulum patrem Feretrio Ioui opima suspendit.

Bellum Illyricum. CAP. V.

Illyrici seu Libarni sub extremis Alpiū radicibus agunt, inter Arsiam Titiumq; flumē, longissimē per totum Adriatici maris litus effusi. Hi regnante Teuta muliere, populationibus nō contenti, licetiq; scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quę deliquerāt, iure agētes; nec gladio quidem, sed vt victimas, securi percutiūt; prefectos nauium igne cōburūt; idq;, quod indignius foret, mulier imperabat. Itaque Cn. Fulvio Cēiumalo duce latè dominantur. Strictæ in principium colla secures, legatorum Manibus litauere.

Elores lib. 2.

Bellum Tunicum secundum. CAP. VI.

Post primum Punicum bellū vix quadriennis requies. Ecce alterum bellū, minus quidem spatio: (nec enim amplius quam octo & decem annos habet) sed adeo cladium atrocitate terribilius, ut si quis cōferat damna vtriusque populi, similior victo sit populus qui vicebat. Pudebat nobilem populum, ablato mari, raptis insulis, dare tributa, quæ iubere consueverat. Hinc vltionem puer Annibal ad aram patri iurauerat: nec remorabatur. Igitur in causam belli Saguntus deleta est; vetus Hispaniæ ciuitas & opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum: quam in libertate communi fœdere exceptam Annibal causas nouorum motuum querens, & suis, & ipsorum manibus euertit, ut Italiā sibi rupto fœdere aperiret. Sūma fœderum Romanis religio est. Itaque ad auditum sociæ ciuitatis oblidium, memores icti cū Pœnis quoque fœderis, non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim iam nouem mensibus fessi fame, machinis, ferro, & igne, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitat rogum; tum desuper se suosque cum omnibus opibus suis, ferro & igni corrumpunt. Huius tātæ cladis auctor Annibal poscit. Tergiuersantibus Pœnis, dux legationis Romanorum *Quæ, inquit, mora est?* Fabius *In hoc ego sinu bellum affero, & pacem: utrum eligit, utrum placet, sumite.* Cumq; succlamatum eslet, utrum vellet daret, *Bellum igitur, inquit, accipite.* & excusso in media curia togæ gremio, non sine horrore, quasi planè sinu bellum fert;

ret; effudit Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi has inferias sibi Saguntinorum ultimæ dieræ in illo publico patricidio incendioque mandascent, ita Manibus eorum, vastatione Italiz, captiuitate Africæ, ducum & regū qui id gessere bellum, exitio parentetum est. Igitur ubi semel se in Hispania mouit illa grauis & luctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumq; Romanis iam diu fulmē, Saguntino igne conflauit, statim quodā impetu rapta, medias perfrigit Alpes, & in Italiā ab illis fabulosæ altitudinis niuibus, velut cælo missa descendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinū valido statim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fusus exercitus: saucijs & ipse venisset in hostium manus Imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset. Et hic erit Scipio, qui in exitium Africæ crescit, cognomen ex malis eius habitutus. Ticino Trebia succedit. Hic secunda belli Punici procella deseuit Sempronio consule. Tunc callidissimi hostes, frigidum & niualē nocti diem, cum se ignibus prius oleoq; fouissent, horribile dictu, homines à meridie & sole venientes, nostra nos hieme vicerunt. Trasimenus lacus tertium fulmen Annibalis, Imperatore Flaminio. ibi quoque ars noua Punicæ fraudis. Quippe nebula lacus, palustribusque virgultis tectus eques, terga subito pugnantium inuasit. Nec de dijs possumus queri. Imminentem quippe temerario duci cladem prædixerant insidentia signis examina, & aquilæ prodire nolentes, & commissam aciem secutus ingens terræ tremor: nisi illum horrorem

soli, equitum virorumque discursus, & mota
vehementius arma fecerunt. Quartum, id est
pene ultimum, vulnus imperij, Cannæ, ignobi-
lis Apuliae vicus sed magnitudine clavis emer-
sit, & X L. millium cæde parta nobilitas. Ibi in
exitrum infelicis exercitus, dux, terra, cælum,
dies, tota denique rerum natura consensit. Si-
quidem non contentus simulatis transfugis
Annibal, qui mox terga pugnantium cæcide-
runt, insuper callidissimus Imperator, patentibus
in campis, obseruato loci ingenio, quod &
sol ibi acerrimus, & plurimus puluis, & Eurus
ab Oriente semper quasi ad constitutum faret;
ita instruxit aciem, ut Romanis aduersus hæc
omnia obuersis secundum cælum tenens, ven-
to, puluere, sole pugnaret. Itaque duo maximi-
exercitus cæsi ad hostium satietatem, donec
Annibal diceret militi suo, *Parce ferro*. Ducum
effugit alter, alter occisus est: dubium uter ma-
iore animo. Paullum puduit; Varro non despe-
rauit. Documenta clavis, eruentus aliquamdiu
Aufidus: pos de cadaveribus iussu ducis factus
in torrente Gello: modij duo annulorum Car-
thaginem missi, dignitasque equestris taxata
mensura. Dubium deinde non erat, quin ultimum
illum diem habitura fuerit Roma, quinque
intra diem epulari Annibal in Capito-
lio potuerit, si (quod Pœnum illum dixisse
Maharbalè Bomilcaris ferunt) Annibal, quem-
admodum sciret vincere, sic vti victoria scisset.
Tum quidem illum (vt dici vulgo solet) aut fa-
tum urbis imperatur, aut ipsius mens mala, &
auersi à Carthagine dij, in diuersum abstulerūt:
cum Victoria posset vti, frui maluit; reliquaque
Roma,

Roma. Campāniā Tarentumque peragrare; ubi mox & ipse & exercitus ardor elanguit; adeo ut verum dictum sit, Capuam Annibale Cannas fuisse: siquidem in iuctum Alpibus, nondomitum armis, Campaniæ (quis crederet?) soles, & repentes fontibus Baiz, subegerunt. Interim respirare Romanus. & quasi ab inferis emergere. Arma non erant; detracta sunt templis. deerat iuuentus; in sacramentum militiæ liberata senūtia. egebant æratio; opes suas libens senatus in medium protulit; nec, præter quod in bullis, cingulis, atque annulis erat, quidquam sibi auri reliquere. Eques secutus exēplum; imitatæque equitem tribus: deniq; vix sufficeret tabulæ, vix scribarum manus, Lazuino Marcelloq; consulibus, cùm priuatæ opes in publicum deferrentur. Quid autem in eligendis magistratibus? quæ centuriarum sapientia? cùm iuniores à senioribus consilium de creandis consulibus petiuere. Quippe aduersus hostem toties victorem, tam callidum, non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consilijs oportebat. Prima redeuntis & (ut sic dixerim) reuiuiscentis imperij spes Fabius fuit; qui nouam de Annibale victoriam commentus est, non velle pugnare. Hinc illi cognomen nouum, & Reipubl. salutare, Cunctator. Hinc illud ex populo, ut *imperij scutum* vocaretur. Itaque per Samnum totum, per Faleros Gaujanosq; saltus, sic maceravit Annibalem, ut qui frangunt virtute non poterat, mora co-minuere tur. Inde Claudio Marcello duce etiam congregredi ausus est: eominus venit, & pepulit è Campania sua, & ab obsidione Nolz urbis excusset.

Ausus & Sempronio Graccho duce per Lucaniām sequi & premere terga cedentis quamuis rūc (ò pudor) manu seruili pugnaret: nam huc usque tot mala compulerant. sed libertate donati, fecerant de seruitute Romanos. O horribilem in tot aduersis fiduciam! ô singularem animū ac spiritum populi Romani! tam arctis afflictisque rebus, cùm de Italia sua dubitaret, ausus est tamen in diuersa respicere: cumque hostes in iugulo per Campaniam Apuliamque volitarent, mediamque iam de Italia Africam facerent, eodem tempore & hunc sustinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, diuersa per terrarum orbem arma mittebat. *Sicilia*, mandata Marcello; nec diu restitit. Tota enim insula in una vrbe superata est. Grande illud, & ante id tempus inuictum caput *Syracusa*, quāuis Archimedis ingenio defendefentur, aliquando cesserunt. Longè illi triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus *Arethusæ*, quid haec tenus profuere, nisi ut pulchritudini victæ vrbis parcereatur. *Sardiniam* Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, *In sanorumq; (nam sic vocantur) immanitas montium profuere. Sævitum in vrbes, vrbemque vrbium Caralim; vt gens contumax, vilisque mortis, saltem desiderio patrij soli domaretur. In *Hispaniam* missi Cnæus & Publius Scipiones, pñne totam Pœnisi eripuerant; sed insidijs Punicæ fraudis oppressi, cursus amiserunt: magnis quidem illi prælijs, cùm Punicas opes cæcidissent; sed Punicæ insidiæ alterum ferro, castra metantem; alterum, cùm euasisset in turrim, cinctum facibus oppresserunt.*

Igitur

Egitur in ultionem patris ac patrui missus cum
 exercitu Scipio, cui tam grande de Africa co-
 gnomen fata decreuerant, bellatricem illam,
 viris atmisque nobilem Hispaniam, illam se-
 minatiam hostilis exercitus, illam Annibalim
 eruditricem, (incredibile dictu) totam à Pyre-
 næis montibus in Herculis columnas & Ocea-
 num recuperauit; nescias citius, an facilius:
 quam velociter, quatuor anni fatentur: quam
 facile, vel vna ciuitas probat. eodem quippe
 quo obsessa est die, capta est; omenque Africa-
 nae victoriae fuit, quod tam facile victa est Hi-
 spana Carthago. Certum est tamen, ad profi-
 gandam prouinciam maximè profecisse singu-
 larem ducis sanctitatem: quippe qui captiuos
 pueros puellasque præciput pueritudo
 barbaris restinxerit; ne in conspectum quidem
 suum passus adduci; ne quid de virginitatis in-
 tegrity delibasse saltem vel oculis videretur.
 Hęc inter diuersa terrarum populus Romanus:
 nec ideo tamen Italæ visceribus inharentem
 summuere poterat Annibalem. Fleraque ad
 hostem defegerant; & dux acerrimus contra
 Romanos Italicis quoque viribus utebatur.
 Iam tamen eum plerisque oppidis & regioni-
 bus excusseramus. Iam Tarentus ad nos redie-
 rat: iam & Capua, sedes & domus & patria al-
 tera Annibalim, tenebatur: cuius amissio tan-
 tum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis
 viribus in Romam conuerteretur. O populum
 dignum orbis imperio dignum omnium fau-
 ore & admiratione hominum ac deorum. Com-
 pulsus ad ultimos metus ab incepto non de-
 titus; & de sua urbe tollitus, Capuanam tamē non

omisit; sed parte exercitus sub Appio consule relicta, parte Flaccum in urbem secuta, absens simul praesensque pugnabat. Quid ergo miramur, mouenti castra a tertio lapide Annibali, iterum ipsos deos, deos inquam (nec fateri pudebit) restitisse: tanta enim ad singulos illius motus vis iunbrum effusa est, tanta ventorum violentia coorta, ut diuinitus hostem summo-ueri, non a celo, sed ab urbis ipsius mœnibus & Capitolio videretur. Itaque fugit & cessit, & in ultimum se Italæ recepit sinum, cum urbem tantum non adortam reliquisset. Parua res dictu, sed ad magnanimitatem populi Romani probandam satis efficax, quod illis ipsis quibus obsidebatur diebus, ager quem Annibal castris insederat, venalis Romæ fuit, hasteq; subiectus inuenit emtorem. Voluit Annibal contrâ fiduciam imitari; subiecitque argentarias urbis tabernas; nec sector inuentus est: ut scias etiam præsagia fatis fuisse. Nihil actum erat tanta virtute, tanto fauore etiam deorum. Siquidem ab Hispania Asdrubal frater Annibalis, cum exercitu nouo, nouis viribus, noua belli mole veniebat. Actum erat proculdubio, si vir ille se cum fratre iuxisset, sed hunc quoq; castra metantem Claudius Nero cum Liui Salinatore debellat. Nero in ultimos Italæ angulos sumimouerat Annibalē: Liuius in diuersissimam partem. id est, in ipsas nascentis Italæ fauces, signa conuerterat; tanto, id est, omni, quâ longissima Italia, solo interiacente. Quo consilio qua celeritate consules castra coniungerint, inopinantemque hostem col'atis signis compresserint, neque id fieri Annibal senserit,

difficile

difficile dictu est. certe Annibal, re cognitæ,
cūm projectum fratri caput ad sua castra vi-
disset. Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis.
Hæc fuit illius viri, non sine præfigio quodam
fati imminentis, prima confessio. Iam certuni
erat, Annibalem etiam ipsius confessione posse
vinci. Sed tot rerum prosperarum fiducia plen-
nus pop. Rom. magni estimabat asperrium
hostē in sua Africa debellare. Duce igitur Sci-
pione in ipsam Africam tota mole conuersus,
imitari cœpit Annibalem. & Italiz suæ clades
in Africa vindicare. Quas ille (di, boni) Asdrub-
alis copias, quos Syphacis exercitus fudit?
Quæ quantaque utriusque castra facibus illatis
una nocte delerit? Dunique iam non à tertio
lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidionem
quatiebat. Sic factum est ut inhærentem atque
incubantem Italiz extorqueret Annibalem.
Non fuit maior sub imperio Romano dies,
quam ille, cūm duo omnium & antea & postea
ducum maximi, ille Italiz, hic Hispaniz vīctor,
collatis cominus signis direxere aciem. Sed
& colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis.
Steterūt diu mutua admiratione defixi: ubi de
pace nō cōuenit, signa cecinere. Cōstat utriusq;
confessione, nec melius instrui aciem, nec acrias
potuisse pugnari. hoc Scipio de Annibalis. An-
nibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Sed
tamē Annibal cessit. præmiumq; victoriz Afri-
ca fuit, & secutus Africam statim terrarū orbis.

Bellum Macedonicum primum, siue Philippicum.

C A P. VII.

P ost Carthaginem vinci neminē puduit. Se-
cutæ sunt statim Africā gentes, Macedonia,
Florus lib. 2.

Græcia, Syria, ceteraque omnia, quodam quasi
œstu & torrente fortunæ Sed primi omnium
Macedones; affectator quondam imperij po-
pulus. Itaque quamvis tunc Philippus regno
præsideret, Romani tamen dimicare sibi cum
rege Alexandro videbantur. *Macedonicum bel-
lum* nomine amplius quam exspectatione gen-
tis fuit. Causa coepit a fœdere Philippi, quo
rex iam pridem dominantem in Italia Anniba-
lem sibi sociauerat: postea creuit, imploratisbus
Athenis auxilium contra regis iniurias. cum il-
le ultra ius victoriæ, in templo, aras & sepulcræ
ipsa sauiret. Placuit senatu opem tantis ferre
supplicibus. quippe iam gentium reges, duces,
populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe pe-
tebant. Primò igitur, Læuino consule, populus
Romanus Ionium mare ingressus, tota Græciæ
litora veluti triumphati classem peragrauit. Spo-
lia quippe Siciliæ, Hispaniæ, Sardiniae, Africæ
præferebat. Et manifesta victoriæ, nata in præ-
toria puppe laurus pollicebatur. Aderat sponte
in auxilium Attalus rex Pergamenorum. aderat
Rhodij, nauticus populus; quibus à mari, con-
sul à terris, omnia equis virisque quatiebat. Bis
victus rex, bis fugatus, bis exutus castris; cum
tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso
vulnerum aspectu, que non spiculis, neque
 sagittis, nec ullo Græculo ferro; sed ingentibus
 pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultra mo-
rem parebant. Enim uero Flaminino duce in-
uios ante Chaonum montes, Pindumque
amnein per abruptæ vadentem, & ipsa Macedo-
nia claustra penetrauimus. Introisse, victoria
fuit. Nam postea numquam ausus congregandi
rex,

rex, ad tumulos quos *Cynocephalas* vocant, uno, ac ne hoc quidem iusto prælio opprimitur. & illi quidem consul pacem dedit, regnumque concessit. Mox, ne quid esset hostile, Thebas, & Eubœam, & grassantem sub Nabide suo Lacedæmona compescuit. Græciæ verò veterem statum reddidit, ut legibus viueret suis, & auita libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt? cùm hoc forte Nemeæ in theatro Quinquennalibus ludis à præcone caneretur, quo certauere plausu? quid florum in consulem profuderunt? Et iterum iterumq; præconem repetere illam vocem iubebant, qua libertas Achaiæ pronuntiabatur: nec aliter illa consulari sententia, quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium cantu, fruebantur.

Bellum Syriacum regis Antiochi.

CAP. VIII.

M Acedoniam statim & regem Philipponum Antiochus excepit, quodam cœsu; quasi industria sic adgubernante fortuna; vt, quemadmodum ab Africa in Europam, sic ab Europa in Asiam, vltro se suggestentibus causis, imperium procederet, & cum terrarum orbis situ, ipse ordo victoriarum nauigaret. Non aliud formidolosius fama bellum fuit: quippe cùm Persas & Oriente, in Xerxem atque Darium cogitarent, quan'jo perfossi inuij montes, quando velis operi, cum mare nuntiaretur. Adhoc cœlestes minæ territabant, cù humore continuo Cumæus Apollo sudaret. Sed hic fauentis Asiae suæ numinis timor erat. Nec sanè viris, opibus, armisque quidquam copiosius Syria: sed in manus tam ignavi regis inciderat: vt nihil fuerit

Florus lib. 2.

ii

in Antiocho speciosius, quam quod à Romanis
victus est. Impulere regem in id bellum, illinc,
Thoas Aetolian princeps, inhonoratam apud
Romanos querens aduersus Macedones mili-
tia suę societatem: hinc, Annibal qui in Afri-
ca vixit, profugus, & pacis impatiens, hostem
pop. Rom. toto orbe quaerebat. Et quod illud
fuisse periculum, si se consiliis eius rex tradi-
disset? id est, si Asiae viribus usus fuisse miser
Annibal? Sed rex suis opibus & nomine regio-
nem, satis habuit bellum mouere. Europa
iam dubio prosul, iure ad Romanos pertine-
bat. Hic Lysimachiam, urbem in littore Thracie
positam à maioribus suis, Antiochus ut hære-
ditario iure reposcebat. Hoc velut sidere Asiar-
icae bellū mota tempestas, & maximus regum cō-
uentus, fortior indicto bello, quum ingenti
crepitu ac tumultu mouisset ex Asia, occupa-
tis statim insulis, Græciæque littoribus, otia &
luxus tanquam viator agitabat. Subœam insulā,
continenti adhaerentem, tenui freto, recipro-
cantiibus aquis Euripus abscedit. Hic ille posi-
tis aureis scirrisq; tentoriis, sub ipso freti mu-
nire, cùm inter fluenta tibiis fidibusq; conci-
neret, collatis yndique, q; rauuis per hyemem,
rosis ne non aliquo ducem genere agere vide-
retur, virginum puerorumq; delectus habebat.
Talem ergo regem, iam sua luxuria debellatus,
populus Rom. M. Acilio Glabrone cōsule in
insula aggressus, ipso statim aduentus su; nunc-
tio coegerit ab insula fugere. Tam præcipite
apud Thermopylas assecutus locum, C.C.C.
Laconum speciosa cæde memorandum, ne ibi
quidem fiducia loci resistentem, mari ac terra
cedere.

cedere coegerit. Statim & è vestigio itur in *Asiam*: Classis regia Polyxenidi Annibaliq; commissa: nam rex prælum nec spectare poterat. Igitur duce *Aemilio Regillo*, à remigantibus Rhodis tora laceratur. Ne sibi placeant Athene; in Antiocho vicimus Xerxem, in *Aemilio Themistoclem aquauimus*, Ephesiis Salamina pensauimus. Tum e consule Scipione, cui frater ille modo victor Carthaginis Africanus, voluntaria legatione aderat, debellari regem placet: & iam toto cesserat mari: sed nos iinus vterius. *Mæandrum* ad annem montemq; Sipylum, castra ponuntur. Hic rex incredibile dictu quibus auxiliis, quibus copiis considerat. Trecenta milia peditum; equitum falcatorumq; currum nō minor numerus. Elephantis ad hoc immensa magnitudinis, auto purpura, argento, & suo ebore fulgentibus acie utrimq; vallauerat. Sed hæc omnia præpedita magnitudine sua; ad hoc imbre, qui subito superflusus, mira felicitate Persicos arcus corruperat. Primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt. Victo & supplici pacem atq; partem regni dari placuit; et libenius, quod tam facile cessisset.

Bellum Aetolicum, CAP. IX.

Syriaco bello successit vt debebat, *Aetolicum*. Victo quippe Antiocho, Romanus faces Asiatici belli persequebatur. Ergo Fulvio Nobiliori mandata vltio est. Hic protinus caput gentis Ambraciæ, regiam Pyrchi, machinis quatè, secuta deditio est. Aderant Aetolorum precibus Attici, Rhodij: & meminseramus auxiliis: sic placuit ignoscere. Serpsit tamen latius in proximos bellum, omnemque late Ce-

phalleniam, Xacynthon; & quidquid insularū
in eo mari inter Ceraunios montes, iugumque
Maleum, Ætolici belli accessio fuerunt.

Bellum Istricum. CAP. X.

Istri sequuntur Ætolos. quippe bellates eos
Inuper adiuuerant: & initia pugnæ prospera
hosti fuerunt; eademq; exitij causa. Nam cùm
A. Manlij castra cepissent, opimæq; prædæ in-
cubarent, epulantes ac ludibundos plerosq; ac
vbi essent, præ poculis nescientes, C. Claudius
Pulcher inuadit. sic cum sanguine & spiritu
malè partam remouere victoram. Ipse rex Æ-
pulo equo impositus, cùm subinde crapula &
capitis errore lapsaret, captum sese vix & ægrè
postquam experrectus est, didicit.

Bellum Gallogrecum. CAP. XI.

Gallograciam quoque Syriaci belli ruina
conuoluit. fuerant inter auxilia regis An-
tiochi. An fuissent, cupidus triumphi Manlius
an eos visos simulauerit, dubium est: certè ne-
gatus est victori triumphus, quia causam belli
non approbavit senatus. Cæterum gens Gallo-
græcorum, sicut ipsum nomen indicio est, mix-
ta & adulterata est: reliquæ Gallorum, quibus
Brenno duce vastauerat Graciam; mox Orien-
tem sequuti, in media Asiæ parte etiam sedere.
Itaq; vt frugum semina mutato solo degene-
rant, sic illa genuina feritas eorum, Asiatica
amœnitate mollita est. Duobus itaque præliis
fusi fugatiq; sunt: quamuis sub aduētu hostis,
relictis sedibus, in altissimos se mōtes recepi-
sent quos Tolistobogij Testes sagæq; iam inse-
derant. Vtriq; fundis sagittisq; aëi, in perpe-
tuam se pacem dediderunt. Sed alligati mira-
culo

culo quodam fuere, cùm catenas morsibus & ore tentassent, cùm offocandas inuicem fauces præbuissent. Nam Ortigontis regis vxor à centurione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam eusit, reuulsumq; militis caput ad maritum suum retulit.

Bellum Macedonicum secundum, sive Persicum CAP. XII.

DVm aliæ aliæque gentes Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. Fortissimum populum memoria & recordatio sua nobilitatis agitabat : & successerat Philippo filius Perses ; qui semel in perpetuum victam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. multò vehementius sub hoc Macedones quam sub patre consurgunt : quippe Thracas in vires suas traxerant. atque ita industria Macedonum, viribus Thracum, disciplinâ Macedonicam temperauere. Accessit his confilium ducis, qui situm regionū suarum de summo speculatorus Ämo, positis per abrupta castris, ita Macedoniam suam armis ferroq; vallauerat, ut non reliquise aditum nisi a cælo venturis hostibus videretur. Nam Q. Marcio Philippo consule eam prouinciam ingressus populus Romanus, exploratis diligenter accessibus, per Astrudem paludem, per acerbos dubiosq; tumulos & illa quæ voluctibus quoq; videbantur inuia, accessit : regemque securum, & nihil tale metuēt, subita belli irruptione terruit : cuius tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnē in mare iussit mergi, ne periret ; classem cremarie, ne incenderetur. Paulo consule cùm maiora & crebra essent imposita præsidia, per alias

vias Macedonia depressa est: summa quidem arte & industria ducis, cum aliâ minatus, aliâ irrepsisset: cuius aduentus ipse eò terribilis regi fuit. vt interesse non auderet, sed gerenda ducebūs bella mandauerit. Absens ergo victus, fugit in maria, insulamq; Samothracen; fretus celebri religione; quasi templa & aræ possent defendere, quem nec montes sui nec arma potuissent. Nemo regum diutius amissæ fortunæ conscientiam retinuit. supplex cum scriberet ad Imperatorem ab illo quo confugerat templo, nomenq; epistolæ notaret suum, regem addidit. Sed nec reuerentior captiæ maiestatis alius Paullo fuit. cum in conspectum venisset hostis, in templum recepit, & in conuiuiis adhibuit; liberosq; admonuit suos, vt fortunam, cui tantum liceret, reuerterentur. Inter pulcherrimos hunc quoque populus Romanus de Macedonia duxit atq; vidit triumphum: quippe eius spectaculo triduum impleuerit. Primus dies, signa tabulasq; ; sequēs, arma pecuniasq; transuexit; tertius, captiuos; ipsumque regem attonitum adhuc, tamquam subito malo stupentem. Sed multò priùs gaudium victoriarum populus Romanus quam epistolis victoris perceperat. Quippe eodem die quo victus est Perse in Macedonia. Romæ cognitum est: duo iuuenes candidis equis apud Iuturnæ lacum pulluerem & cruentem abluebant. hi nuntiauerere. Castorem & Pollucem fuisse creditum vulgo, quod gemini fuissent: interfuisse bello, quod sanguine maderent: à Macedonia venire, quod adhuc anhela-

sent.

Bellum Illyricum. CAP. XIII.

Macedonici belli contagio traxit *Illyrios*. Ipsi quidem ut Romanum à tergo distinguerent. à Perse rege conducti pecunia militaue-
re. Sine mora ab Anicio proprætore subiguntur. Scodram caput gentis delesse suffecit. Statim sequuta deditio est. Denique hoc bellum
ante finitum est, quam geri Romæ nuntiaretur.

*Bellum Macedonicum tertium cum An-
drisco. CAP. XLII.*

Quodam fato, quasi ita conuenisset inter Pœnos & Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem tempore utriq; arma mouere. Sed prior iugum excutit Macedo, aliquanto quam ante grauior. dum contemnitur. Causa belli propè erubescenda: quippe regnum patiter & bellum vir ultimæ sortis Andriscus inuaserat; dubium liber an seruus, mercenarius certè: sed quia vulgo Philippus, ex similitudine oris, *Pseudophilippus* vocabatur; regiam formam, regium nomen, animo quoq; regio impleuit: Igitur dum hec ipsa contemnit populus Romanus, Iuuentio prætore contentus, virtute non Macedonicis modò, sed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum, temere tentauit: inuictusq; non à veris regibus, sed ab illo iuginario & scenico rege superatur: sed præte. Metello amissum cum legione prætorem plenissime ultius est. Nam & Macedoniam seruite multauit, & ducem belli deditum ab eo ad quem confugerat, Thraciæ regulo, in urbem in catenis reduxit; hoc quoque illi in malis suis

indulgente fortuna, ut de eo populus Romanus quasi de vero rege triumpharet.

Bellum Punicum tertium. C A P. XV.

Tertium cum Africa bellum, & tempore exiguum fuit (nam quadriennio patratum est) & in comparatione priorum, minimum labore. Non enim tam cum viris, quam cum ipsa virbe pugnatum est: sed planè maximo euentu: quippe eo tandem Carthago finita est. Atq; si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum est bellum, profligatum secundo, tertio vero cōfectum est. Sed huius causa belli, quod contra fœderis legem aduersus Numidas quidem semel parasset classem & exercitum, frequens autem Massinissa fines territaret. sed huic bono socioq; regi fauebatur. Cum bellum sederet, de belli fine tractatū est. Cato, inexpiabili odio, delendam esse Carthaginem; & cum die alio consuleretur, pronuntiabat Scipio Nasica seruandam, ne metu ablatio amulæ vrbis, luxuriari felicitas vrbis inciperet. Medium senatus elegit, ut vrbis tantum loco moueretur. Nihil enim speciosius videbatur, quam esse Carthaginem quæ non timeretur. Igitur Manilio Censorinoque consulibus, populus Romanus aggressus Carthaginem, spe pacis iniecta, traditam à volētibus classem sub ipso ore vrbis incendit. Tum euocatis principibus, si salvi esse vellent, ut migrarent finibus, imperatum. Quod pro rei atrocitate adeo mouit iras, ut extrema mallent. Comploratum igitur publicè statim, & pari voce clamatum est *Ad arma: seditq; sententia: quoquo modo rebellandum: non quia spes vlla iam superesset,* sed

sed quia patriam suam mallent hostium quam
suis manibus euerteri. Qui rebellantum fuerit
furor vel hinc intelligi potest, quod in usum
nouæ classis tecta domusque rescederunt & in
armorum officinis aurum & argentum pro gre
ferroq; conflatum est; in tormentorum vincu-
la matronæ crines suos contulerunt. Mancino
deinde consule, terra mariq; feruebat obsidio.
Operis portus nudatus, & primus, & sequens
iam murus; cum tantum Byrsa, quod nomen
arci fuit, quasi altera ciuitas resistebat. Quam-
uis profligato urbis excidio, tamen fatale Afri-
cae nomen Scipionum videbatur. Igitur in aliū
Scipionem conuersa respub. finem belli repo-
scebat. Hunc Paullo Macedonico procreatum,
Africani illius magni filius in decus gentis as-
sumserat; hoc scilicet sato, ut quā urbem con-
cuserat avus, nepos eius euerteret. Sed quam-
maxime mortiferi esse morsus solent morien-
tium bestiarum, sic plus negotij fuit cum semi-
ruta Carthagine, quam integrā. Compulsis in
vnam arcem hostibus, portum quoque maris
Romanus obsederat. Illi alterum ibi portum
ab alia urbis parte foderunt; nec ut fugerent;
sed quā nemo illos nec euadere posse credebat.
inde quasi enata subito classis erupit. Tum in-
teriorim tam diebus, iam noctibus, noua aliqua
moles, noua machina, noua perditionum homi-
num manus, quasi ex obruto incendio subita
de cineribus flamma prodibat. Deploratis no-
uissime rebus, quadraginta se millia virorum
dediderunt, quod minus credas duce Asdruba-
le. Quantò fortius fœmina & vxor ducis? quæ
comprehensis duobus liberis, à culmine se do-

mus in medium misit incendium; imitata reginam quæ Carthaginem condidit. Quanta urbs deleta sit, ut de ceteris raseam, vel ignium morta probari potest: quippe per continuos decem & septem dies vix potuit incendiuni extinguiri, quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant. ut quatenus urbs eti ipsi Romanis non poterat triumphis arderet.

Bellum Achaicum. CAP. XVI.

Quasi sæculum illud euerctionibus urbium curreret, ita Carthaginis ruinam statim Corinthi⁹ excepit. Achaiæ caput, Graciæ decus, inter duo maria Ionium & Ægæum quasi spectaculo expolita. Hæc (facinus indignum) ante oppressa est quam in numerum certorum hostium referretur. Critolaus causa belli; qui libertate à Romanis data aduersus ipsos usus est; Legatosq; Romanos dubium an & manu, certè oratione violauit. Igitur Metello ordinatum maxime Macedoniam, mandata est ultio; & hinc *Achaicum bellum*. ac primam Critolai manum Metellus consul per patentes Elidis campos toto cœcidit Alpheo. Et uno prælio peractum erat bellum. iam & urbem ipsam terrebat obsidio: sed fato rerum, cum Metellus dimicasset ad victoriam Mummius venit. Hic alterius ducis dignitate exercitū sub ipsis Isthmi fauibus fudit, geminosq; portus sanguine infecit. Tandem ab incolis deserta ciuitas, direpta primū, deinde tuba præcidente deleta est. Quid signorum, quid vestium. quid dve tabularum raptum, incensum atq; proiectum est? Quantas opes & abstulerit & cremauerit. hinc scias, quod quidquid Corinthi⁹ artis toto orbe laudatur.

Iaudatur , incendio superfusse cotipermis.
Nam & xris notam pretiosiorem ipsa opulen-
tissimæ vrbis fecit iniuria ; quia incendio per-
mitis plurimis statuis atq; simulacris,xris,au-
ri, argentiq; venæ in commune fluxere.

Res in Hispania gesta, CAP. XVII.

VT Carthaginem Corinthus ita Corinthū
Numantia sequuta est. nec deinde toto or-
be quidquam intactum armis fuit. Post illa duo
clarissima vrbium incendia , latè atque passim,
nec per vices, sed simul pariter quasi vnum vn-
dique bellum fuit ; prorsus vt illæ vrbes quasi
agitantibus ventis diffusisse quadam belli in-
cendia toto orbe viderentur *Hispania* numquā
animus fuit aduersus nos vniuersæ consurge-
re ; numquam conferre vires suas libuit, neque
aut imperium experiri, aut libertatē tueri suam
publice. Alioquin ita vndiq; mari Pyrenæoqué
vallata est, vt ingenio situs ne adiri quidem po-
tuerit. Sed ante à Romanis obsessa est, quam
seipsa cognosceret : & sola omnium prouincia-
rum vires suas, postquam vista est , intellexit.
In hac propè ducentos per annos dimicatum
est, à primis Scipionibus in Cæsarem Augustū :
non continuè nec cohærenter , sed prout causæ
lacerrierant. Nec cum Hispanis initio, sed cum
Poenis in Hispania. Inde contagio & series cau-
saque bellorum. Prima per Pyrenæum iugum
signa Romana P. & Cn. Scipiones intulerunt,
præliisque ingentibus Annonem & Asdruba-
lem fratrem Annibal is ceciderunt : raptaque
erat impetu Hispania nisi fortissimi viri in ipsa
sua victoria oppressi Punica fraude cecidi-
sent, terra mariq; victores. Igitur quasi nouam

integrāq; prouinciam vltor patris & patrui Scipio ille mox Africanus inuasit. Isq; statim capta Carthagine, & aliis vrbibus non contentus Pœnos expulisse, stipendiariam nobis prouinciam fecit, omnemq; citra vltraq; Iberum subiecit imperio : primusq; Romanorum dum, victor ad Gades & Oceani oram peruenit. Plus est prouinciam retinere, quam facere. Itaq; per partes iam huc, iam illuc missi duces ; qui fero-
cissimas, & ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes iugi, multo labore, nec incruentis certaminibus, seruire docuerunt. Cato ille Cen-
sorius *Celtiberos*, id est robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit. Gracchus, pater ille Gracchorū, eosdem C & L vrbium euersione multauit.
Metellus ille, cui ex Macedonia cognomē, me-
ruerat *Celtibericus* fieri, cum & Contrebiam mem-
orabili cepisset exemplo, & Nertobrigis, ma-
iore gloria pepercit. Lucullus Turdulos atque
Vaccæos ; de quibus Scipio ille posterior, sin-
gulari certamine cum à rege fuisse puocatus,
opima retulerat. Decimus Brutus aliquanto la-
tius Gallæcos, atq; omnes Gallæcix populos,
formidatumq; militibus flumen Oblivionis :
peragratoq; victor Oceani litore, non prius si-
gna conuertit, quam cadentem in maria solem,
obrutumq; aquis ignem, non sine quodam sa-
crtilegijs metu & horrore deprehendit. Sed tota
certaminum moles cum Lusitanis fuit & Nu-
mantinis ; nec immerito : quippe solis gétium
Hispaniæ duces contigerunt. Fuisse & cum o-
mnibus Celtiberis ; nisi dux illius motus, ini-
tio belli oppressus esset, summus vir astutia &
audacia, si res cessasset, Solondicus ; qui hastam
argen.

argenteam quatiens, velut cælo missam, vaticinanti similis, omnium in se metes cōuerterat. Sed cum pari temeritate sub nocte castra consulis adiulet, iuxta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. Cæterum Lusitanos *Viriathus* erexit, vir calliditatis acerrimæ; qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atq; imperator, &c, si fortuna cessisset, Hispaniæ Romulus, non contentus libertatem suorum defendere, per quatuordecim annos omnia citra ultraq; Iberum & Tagum igni ferroq; populatus, castra etiam prætorum & præsidum aggressus, Claudio *Vnimanum* pènè ad internectionem exercitus cecidisset, insignia trabeis & fascibus nostris, quæ ceperat, in montibus suis tropæa fixisset: tandem eum *Fabius Maximus* consul oppresserat. Sed à successore *Seruilio Cæpione* violata victoria est: quippe qui confiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema deditio agitantem, per fraudem & insidias & domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedidit, ut videretur aliter vinci non potuisse.

Bellum Numantinum. (A.P. XVIII.

Numantia, quantum Carthaginis, Capuae, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus, summumq; si viros astimes, Hispaniæ decus: quippe quæ sine muro, sine turribus, modicè edito in tumulo apud flumen Durium sita, quatuor millibus Celtiberorum, X L. millium exercitum, per annos XIII. sola sustinuit: nec sustinuit modo, sed sauius aliquanto perculit; pudendisq; fœderibus affecit. Nouissimè cum inuestam esse constaret, opus quoq; eo fuit qui Carthaginem

querterat. Non temere, si fateri licet, ullius causa belli iniustior. Segidenses socios & consanguineos, Romanorum manibus elapsos, exceperant; habita pro eis deprecatione nihil valuit; cum se ab omni bellorum contagione remouerent, in legitimi foederis pretium iussi arma deponere. Hoc sic à barbaris acceptum, quasi manus abscondiderentur. Itaque statim Megara viro fortissimo duce, ad arma conuersi, Pompeium prælio aggressi, foedus tamen maluerunt, cum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum aggressi sunt, hunc quoque assiduis cedibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret: tamen cum hoc quoque foedus maluere, contenti armorum manubiis, cum ad internacionem sanguire potuissent. Sed non minus Numantini quam Gaudini illius foederis flagrans ignominia ac pudore populus Romanus, dedecus quidem presentis flagitij, deditione Mancini expiauit: ceterum duce Scipione, Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit. Sed tunc acris in castris, quam in campo nostro cum milite, quam cum Numantino præliandum fuit. Quippe assiduis & iniustis, & ieruilibus maximè operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma nescirent; luto inquinari qui sanguine nollent, iubebantur. Ad hoc scorta calones, sarcines, nisi ad usum necessarię, amputatur, Tanti esse exercitum, quanto Imperatorem, vere proditum est. Sic redacto in disciplinam milie, commissa acies: quodque nemo visum se inquinare sperauerat, factum est, ut fugientes Numantines quisque videret.

Dedecit

Dedere etiam sese volebant: si toleranda viris imperarentur. Sed cum Scipio veram vellet. & sine exceptione victoriam, eo necessitatum compulsi, primum, ut destinata morte in prælium ruerent, cum sese prius epulis, quasi infelix impleuissent, carnis semicrudæ & celiæ: sic vocant indigenæ ex frumento potionem. Intellectum ab imperatore consilium. itaque non est permissa pugna morituris; cum fossæ, atque lorica, quatuorque castris circumdatos, fame premeret, ab duce orantes prælium, ut tamquam viros occideret. Sed ubi non imperabant, placuit eruptio. sic conserta manu plurimi occisi; & cum urgeret fames, aliquantisper inde vixeret. Nouissimè consilium fugæ sedid: sed hoc quoque ruptis equorum cingulis uxores ademere, summo scelere per amorem. Itaq; etiam exitu deplorato, in ultimā rabiem furoremque conuersti, postremo mori hoc genere destinarunt: Duces suos, sequne patriamque, ferro. & veneno, subiectoq; vndique igne, peremenui. Maecte esse fortissimam & meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitatem asseruij, cum fide socios; populum orbis terrarum viribus fultum, sua manu ætate tam longa sustinuit. Nouissimè maximo duce oppressa ciuitas, nullum de se gaudium hosti reliquit. Vnus enim vir Numantinus non fuit qui in catenis ducaretur: præda, vt de pauperibus, nulla: arma ipsi cremauerant. Triumphus fuit tantum de nomine.

Anæphalofis. CAP. XIX.

Hactenus populus Rom. pulcher, egregius, pius sanctus atque magnificus. Reliqua

Ejusdem lib. 2.

sæcula, ut grandia æquè, ita vel magis turbida & fœda, crescentibus cum ipsa magnitudine imperij vitiis: adeo ut si quis hanc tertiam eius ætatem transmarinam, quam ducentorum annorum fecimus, diuidat, centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hispaniam domuit, aureos (sicut poëtæ canunt) iure meritoq; fateatur: centum sequentes, ferreos plane & cruentos, & si quid immanius: quippe qui Iugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atq; Germanicis, quibus cælum ipsum gloria ascendit; Gracchanas, Druianasque cædes; adhuc, seruilia bella miscuerunt; & ne quid turpitudini desit, gladiatoria. deniq; in se ipse conuersus, Marianis atq; Sullanis, nouissimè Pompeij & Cæsar's manibus, quasi per rabiem, & furorem, & nefas, semet ipse lacerauit. Quæ etsi inuoluta inter se sunt omnia atque confusa, tamen quò melius apparet; simul & ne scelera virtutibus obstrepât, separatim proferentur. I riusq; vt cœpimus, iusta illa memorabimus & pia cum exteris gentibus bella; vt magnitudo crescentis in dies imperij appareat. tum ad illa ciuiam scelera, turpesq; & impias pugnas reuertemur.

Bellum Asiaticum cum Aristonicō.

C A P. X X.

V ista ad occasum Hispania, populus Romanus ad oriētem pacem agebat; nec pacem modo; sed inusitata & incognita quadam felicitate, relicta regiis hereditatibus opes, & tota in simul regna veniebat. Attalus rex Pergamorum, regis Eumenis filius, socij quondam commilitonisq; nostri, testamentum reliquit;

Populus

Populus Romanus bonorum meorum heres esto. In bonis regis hac fuerunt Addita igitur hereditate, prouinciam populus Romanus non quidem bello, nec armis, sed (quod est æquius) testamenti iure retinebat. Sed hanc difficile dictu est utrum facilius amiserit populus Romanus, an recuperauerit. Aristonicus, regij sanguinis ferox iuuenis, vrbes regibus parere consuetas, partim facilè sollicitat; paucas resistētes, Myndum, Samon, Colophonem, vi recepit. Crassus quoq; proconsulis cecidit exercitum, ipsumq; cepit. Sed ille, memor & familiz & Romani nominis, custodem sui barbarum virgula exercitat; in exitium sui, quod volebat, ita concitat. Mox à Perperna domitus & captus, & per dditionem in vinculis habitus. M. Aquillius, Asiatici bellii reliquias confecit, mixtis (nefas) veneno fontibus ad dditionem quarundam urbium, quæ res ut maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe cum contra fas deum, moresq; maiorum, medicaminibus impuris in illud tempus sacrosancta Romana arma violasset.

L. FLORI HISTORIA RVM LIBER. III.

Bellum Iugurthinum. CAP. I.

Hec ad Orientem. Sed non ad Meridionalem plagam eadem quiescat. Quis speraret post Carthaginem aliquod in Africa bellum? At qui non leviter se Numidia cōcussit, & fuit in Iugurtha, quod post Annibalem timeretur. Quippe rex callidissimus populum

Elysus. lib. 3.

X

Romanum armis inclytum, & inuictū opibus, aggressus est, & citra spem omnium fortunā cessit, vt rex fraude p̄cipiuus, fraude caperezur. Hic auo Massinisa, & Micipsa patre per adoptionem, cūm interficere fratres statuisset, agitatus regni cupiditate; nec illos magis quām senatum populumq̄e Romanum, quorum in fide & cliētela regnum erat, metueret: primum scelus mandat insidiis: potitusq; Hiempſalis capite, cūm se in Adherbalem conuertisset, isq; Romam profugisset, missa per legatos pecunia traxit in sententiam suam senatum. Et hæc fuit de nobis eius prima victoria. Missos deinde qui regnum inter illum Adherbale inq; diuideret, ſimiliter aggressus, cūm in Scauro ipſos Romani imperij mores expugnasset, inchoatum nefas perfecit audaciū. Sed diu non latens scelerā, corruptæ nefas legationis erupit; plancuitq; bello persequi parricidam. Primus in Numidiam Calpurnius Bestia consul immittitur. sed rex p̄monitus, fortius aduersus Romanos aurum eſſe, quām ferrum, pacem emit. Cuius flagitijs reus cūm interueniente publica fide à senatu accerſeretur, pari audacia & venit, & competitorē imperij Massinise nepotem Massiuam, imminiffo percussore confecit. Hæc altera contra regem fuit cauſa bellandi. Igitur sequens vltio mandatur Albino. Sed huius quoq; (prō dedecus) ita corrupti exēcitum, vt voluntaria noſtrorūm fuga vinceret Numida, caſtrisq; potiretur: addito etiam turpi fœdere in preium salutis; quem, quod prius emerat, dimisit exercitum. Eodem tempore in vltionem non tam imperij Romani, quām pudoris.

Metellus

Metellus assurgit; qui callidissimè hostem nunc precibus, nunc minis, iam simulata, iam quasi vera fuga eludentem artibus suis aggressus est. Agrorum atq; vicorum populatione nō contentus, in ipsa Numidiæ capita impetum fecit: & Zamam quidem frustra diu voluit; ceterum Thalam, grauem armis thesauroq; regis diripuit. Tūc vrbibus exutum regem, & iam finium suorum regnique fugitiuum per Mauros atque Getuliam sequebatur. Postremò Marius, auctis admodum copiis, cùm pro obscuritate generis sui capite censos sacramento adegisset, iam fusum & saucium regem adortus non facilius tamen vicit, quam si integrum & recentem. Hic & urbem Herculi conditam Capsam, in media Africa sitam, anguisbus arenisq; vallatam, mira quadam felicitate superauit; & saepe inditam monti Mulucham urbem, per Ligurem aditu arduo inaccessoque penetrauit. mox non ipsum modò, sed Bocchum quoque Mauritaniz regem, iure sanguinis Numidam vindicantem, apud oppidum Cirtam grauiter cæcidit. Qui vbi diffisus rebus suis alienè cladis accessio ne fieret, timet, pretium foederis atque amicitiaz regem facit. Sic fraudulentissimus regum, fraude socii sui in insidias deductus est, & Sullæ in manum traditus. Tandem q; operum catenis Iugurtham in triumpho populus Romanus aspergit: sed ille quoq; quam venalem, & quandoque perituram, si habuisset emtorem, frustra cecinerat. Tamen ut venalis fuisset, habuit emtorem, & cùm ille non euaserit, certum erit eam non esse perituram.

Sic ad Meridiem populus Romanus. Multo. Atrocis & multipliciter magis & à Septentrione sequitum: nihil hac plaga infestius. atrox exilium, peruvicaci ingenio. Omni igitur tractu violentus hostis à dextris atq; laevis, & medio Septentrionis erupit. Prima trans Alpes arma nostra sensere Salyi, cùm de incursionibus eorum fidissima atq; amicissima ciuitas Massiliis quereretur: Allobroges deinde, & Arverni; cùm aduersus eos, similes & duorum querela, opem & auxilium nostrum flagitarent. Varus victorię testis, Isaraq;, & Vindelicus amnis, & impiger fluminum Rhodanus. Maximus barbaris terror elephanti fuere, immanitati gentium patres. Nil tam conspicuum in triumpho, quam rex ipse Bituitus discoloribus in armis, argenteoq; carpento; qualis pugnauerat. Vtriusque victorię quod quantumq; gaudium fuerit, vel hinc existimari potest, quod & Domitius Annobarbus, & Fabius Maximus, ipsis quibus dimicauerant in locis, saxeas erexere turres, & desuper exornata armis hostilibus tropae fixere: cùm hic mos inusitatus fuerit nostris. Numquam enim populus Romanus hostibus dominis suam victoriam exprobrauit,

Bellum Cimbicum, Teutonicum, ac Tigurinum. CAP. III.

Cimbri; Teutones atq; Tigurini, ab extremis Gallię profugi, cùm terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes toto orbe quarebant, exclusique Gallia & Hispania, cùm in Italiam remigrarent, miserunt legatos in castra Silani; inde ad senatum; petentes vi Martius populus aliquid

aliquid sibi terræ daret quasi stipendium : cæterum, ut vellet, manibus atque armis suis uteretur. Sed quas daret terras populus Romanus, agrariis legibus inter se dimicaturus ? Repulsi igitur, quod nequuerant precibus, armis petere constituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Silanus, nec secundum Manilius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. omnes fugati, exuti castris. Actum erat ; nisi Marius illi sæculo contigisset. Ille quoque non ausus congrederi statim, militem tenuit in castris : donec inuicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, consenseret. Recessere igitur increpantes, & (tanta erat capienda urbis fiducia) cœsulentes si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius quam minati fuerant, tripartito agmine per Alpes, id est claustra Italie, ferebantur. Marius, mira statim velocitate occupatis compendiis, præuenit hostem ; prioresque Teutonas sub ipsis Alpium radicibus assequutus, in loco quem *Aqua Sextias* vocant, quo (fides numinum) prælio oppressit ! Vallem fluuiumque medium hostes tenebant ; nostris aquarum nulla copia. consultone id egerit Imperator, an errorem in consilium verterit, dubium certè necessitate aucta virtus, causa victoria fuit. Nam flagitante aquam exercitu, *Viri*, inquit, effus : en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est eaq; cedes hostium fuit, ut vicitor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quam sanguinis barbarorum. certè rex ipse Teutobocchus, quaternos senosq; equos transilite solitus, vix unum, cum fugeret, ascendit ; proximoque in saltu comprehensus, insigae

spectaculum triumphi fuit: quippe vir processus eximie, super tropa ipsa eminebat. Sublati igitur funditus Teutonis, in C I M B R O S conuertitur. Hi iam (quis credere?) per hymenem, quæ altius Alpes leuat, Tridentinis ingis in Italiam prouoluti ruina descenderant, At enim flumen non ponte, nec nauibus, sed quadam stoliditate barbaricæ, primum corporibus aggressi: postquam retinere amnem manibus & clypeis frustra tentauerant, ingestæ obrutum sylua transiuerent: & si statim infesto agmine urbem petissent, grande discrimen esset: sed in *Venetia*, quo ferè trastu Italia mollissima est, ipsa soli cæliq; clementia robur elanguit. Ad hoc panis vsu, carnisq; coctæ, & dulcedine vini mitigatos Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugnæ à Mario Imperatore petierunt; & sic proximum dedit. In patentissimo, quem *Caudium* vocant, campo concurrere: millia inde C X L. ceciderunt; hinc, tertio minus. per totum diem conciditur barbarus. Isti, quoq; imperator addiderat virtuti dolum; secessus Annibalem, artemq; Cannarū. Primum nebulosum nactus diem, ut hosti inopinatus occurreret: tum ventosum quoq; ut puluis in oculos & ora ferretur: tum acie conuersa in Orientem, ut quod ex captiuis mox cognitum est, ex splendore gallearum, ac repercußu, quasi ardore cælum videretur. Nec minor cum uxoriibus eorum pugna, quam cum ipsis fuit; cum obiectis vndiq; plaustris atque carpentis, altæ desuper, quasi è turribus, lanceis, contisq; pugnarent. Perinde speciosa mors earum fuit, quæ pugna. Nam cum missa ad Marium legatione, libertatem ac sacerdotium non impetrassent,

(ne fas erat) suffocatis elisisq; passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto, ab arboribus iugisq; plaustrorum pependerunt. Beleus rex, in acie dimicans, impigre, nec inultus occubuit. Tertia T I G V R I N O R V M manus, que quasi in subsidio Noricos insederat Alpium tumulos, in diuersa lapsi, fuga ignobili & latrociniis evanuit. Hunc tam luctum, tamq; felicem liberatæ Italiz, assertiq; imperij nuntium, non per homines, ut solebat populus Rom. accepit; sed per ipsos (si credere fas est) deos. Quippe eodem die quo gesta res est, visi pæde Castoris & Pollucis iuvenes laureati prætori litteras dare; frequensq; in spectaculo rumor victoriæ Cimbriæ feliciter dixit. Quo quid admirabilius, quidque insignius fieri potest? Quippe, velut clata montibus suis Roma, spectaculo belli interesset, quod in gladiatorio munere fieri solet, uno eodemque momento cum in acie Cimbri octumberent, populus in urbe plaudebat.

Bellum Thracium. CAP. IIII.

Post Macedonas (si diis placet) *Thraces* rebellabant, ipsi quondam tributarij Macædonū: nec in proximas modò prouincias contenti incursero, Thessaliam atq; Dalmatiam, in Adriaticum mare usque venerunt: eoq; fine contenti, quasi interueniente natura, contorta in ipsas aquas tela miserunt. Nihil interitem per id omnem tempus residuum crudelitatis fuit in captiuos scuientibus. Litare diis sanguinem humatum, bibere in ossibus capitū, & huiuscmodi ludibrio foedare mortem tam igni quam fumo: partus quoque grauidarū extorquere tormentus.

Sæuissimi omnium Thracum Scordisci fuere: sed calliditas quoq; ad robur accesserat. Sylvatum & montium situs cum ingenio consentiebat. Itaq; non fusus modò ab his, aut fugatus, sed (simile prodigo) omnino totus interceptus exercitus quem duxerat Cato. Didius vagos, & libera populatione diffusos, intra suam repulit Thraciam. Drusus vltetius egit; & vetuit transire Danubium. Minucius toto vastauit Hebro; multis quidem amissis, dum per perfidum glacie flumen equitatur. Piso Rhodopen Cauasumque penetrauit. Curio Daciâ tenus venit; sed tenebras saltuum expauit. Appius in Sarmatas vsque peruenit. Lucullus ad terminum gentium Tanaim, lacumq; Mæotim. Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti: quippe in captiuos igne ferroq; sauium est. Sed nihil barbaris atrocius visum est, quam quod abscissis manibus relieti, viuere superstites pœnæ suæ videbantur.

Bellum Mithridaticum. C A P. V.

Ponticæ gentes ad Septentrionem in mare sinistrum iacent; à Pontico cognominatae mari. Marum gentium atque regionum rex antiquissimus Atheas, post Artabazes, à septem Persis oriudus. Inde Mithridates, omnium longè maximus. quippe cū quatuor Pyrro, X V I I. anni Annibali suffecerint, ille per quadraginta annos restitit; donec tribus ingentibus bellis subactus, felicitate Sulla, virtute Luculli, magnitudine Pompeij cōsumeretur. Causam quidem illius belli prætenderat apud Cassum legatum, attractari terminos suos à Nicomedे Bithynico. Ceterum elatus animis ingentibus,

Alix

Asiaz totius, &c. si posset, Europæ cupiditate flagrabit. Spem ac fiduciam dabant nostra vitia. Quippe cum ciuibus bellis disiungeremur, inuitabat occasio; nudumque imperij latus ostendebant procul Marius, Sulla, Sertorius. Inter haec Reipubl. vulnera, & hos tumultus, repente quasi captato tempore, in lassos simul atque districtos subitus turbo Pontici belli ab ultima veluti specula Septentrionis erupit. Primus statim impetus belli, Bithyniam rapuit. Asia deinde pari terrore correpta est. Nec cunctanter ad regem ab urbibus nostris populisq; descitum est. Aderat, instabat; sauitia quasi virtute vtebatur. Nam quid atrocius uno eius edicto, cum omnes qui in Asia forent Romanæ ciuitatis homines, interfici iussit? Tum quidem domus, templa, & arx, humana omnia atq; diuina iura violata sunt. Sed hic terror Asiaz, Europam quoque regi aperiebat. Itaq; missis Archelao Neoptolemoq; præfectis, excepta Rhodo, quæ pro nobis firmius stetit cæteris, Cyclades, Delos, Eubœa & ipsum Græcię decus Athenæ, tenebantur. Italiam iam ipsamque urbem Romam regius terror afflabat. Itaq; L. Sulla festinat, vir armis optimus: pariq; violētia ruentem vterius hostē, manu quadam quasi ipsius, repulit. Primumq; Athenas, urbem (quis crederet?) frugum parentem, obsidione ac fame ad humanos cibos compulit: mox subruto Piræi portu, sex quoq; & amplius muris, postquam domuerat ingratissimos, ut ipse dixit, hominū, in honorem ramen mortuorum, sacris suis famæq; donauit. Mox, cum Eubœa atq; Bœotia præsidia regis dispulisset, omneis copias, vno

apud Charoneam, apud Orchomenon altero
bello dissipauit: statimq; in Asiam transgressus,
ipsum opprimit: & debellatum etiā foret, nisi
de Mithridate triumphare citò quam verè ma-
nuisset. Actum quidem hunc Asia statum Sulla
dederat. Iustum cum Ponticis fœdus: recepit
Bithyniam à Rege Nicomede; ab Ariobarza-
ne Cappadociam: ac sic erat Asia rursus nostra,
ut cœperat: Mithridates tantum repulsus. Ita-
que non fregit ea res Ponticos, sed incendit.
Quippe rex Asia & Europa quodammodo ine-
scatus, non iam quasi alienā, sed, quia amiserat,
quasi raptam, belli iure repetebat. Igitur ut ex-
stincta parum fideliter incēdia, maiore flamma
reuiuiscunt: ita ille de integro auctis maiorem
in modum copiis, tota deniq; regni sui mole,
in Asiam rursus mari, terra, fluminibusq; venie-
bat. Cyzicum nobilis ciuitas, arce, mœnibus,
portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ
littora illustrat. Hanc ille, quasi alteram Romā,
toto inuaserat bello. Sed fiduciā oppidanis
resistendi nuntius fecit, docens aduentare Lu-
cullum; qui, horribile dictu, per medias hostiū
naues, ut resuspensus, & pedibus iter adguber-
nans, videntibus procul, quasi marina pistrix e-
uaserat. Mox clade conuersa, cùm ex mora obſi-
dentem regem, & ex fame pestilentia vrgeret,
recedentē Lucullus assequitur; adeoq; excidit,
ut Granicus & Easpus annes cruenti redde-
rentur. Rex callidus, Romanæq; auaritię perit,
spargi à fugientibus sarcinas & pecuniam iussit,
qua sequeutes moraretur. Nec felicior in mari
quam in terra fuga. Quippe centum amplius
navium classem, apparatusq; belli grauem, in
Pontico

Pontico mari aggressa tempestas , tam fœda strage lacerauit, ut naualis bellii instar efficeret ; plane quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisq; commercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur. Attrita iam omnes validissimi regni vires erant : sed animus malitia augebatur. Itaque conuersus ad proximas gentes , totum penè Orientem ac Septentrionem ruina sua inuoluit. Iberi, Caspij, Albani, & utique sollicitabantur Armeniæ ; perque omnia & decus & nomen & titulos Pompeio sua fortuna querebat. Qui vbi nouis motibus ardere Asiam videt, aliosq; ex aliis prodire reges, nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim ponte nauibus facto omnium ante se primus transit Euphratem ; regemq; fugientē media noctis Armenia (quanta felicitas viri !) uno prælio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus: quippe quasi commilitans, cùm à tergo hostibus , à facie Romanis se præbuisset, Pontici per errorem longius cadentes umbras suas quasi hostium corpora petebant. Et Mithridates quidem nocte illa debellar^s est. Nihil enim postea valuit ; quamquam omnia expertus , more anguum, qui obtrito capite, postremū cauda minatuz. Quippe cùm effugisset hostem, Colchos, Cilicia quoq; littora, & Campaniam nostram , subito aduentu terrere voluit. mox subruto Pyreⁱ portu Colchis tenus iungere Bosphoron : inde per Thraciam, Macedoniam & Græciam transilire ; sic Italiam nec opinato inuadere tantum cogitauit. Nam per defectionem ciuium Pharnacisq; filij scelere præuentus, male tentatum.

veneno spiritum ferro expulit. Cn. interim Magnus, rebelles Asiarum reliquias sequens, per diuersa gentium terrarumq; volitabat. Nam sub Orientem sequutus Armenios, captis ipso capite gentis Artaxatis, supplicem iussit regnare Tigranem. At in Septentrione in Scythicum iter tamquam in mari stellis sequutus, Colchos cœcidiit; ignouit Iberiaz; pepercit Albanis; regem Colchorum Orodem, positis etiam sub ipso Cancaso castris, iussit in plana descendere; Attocen, qui Iberis imperabat, & obsides liberos dare. Orodem etiam remuneratus est, vltro ab Albania sua lectulum aureum & alia dona mittentem. Necnon & in Meridiem verso agmine, Libanum Syriaz, Damascumq; transgressus, per nemora illa odorata, per thuris & balsami sylvas, Romana signa circumtulit. Arabes, si quid imperaret, præsto fuere. Hierosolyma defendere tentauere Iudæi: verum hæc quoq; & intravit, & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens sub aureo vti cælo. Dissidentibusque de regno fratribus, arbiter factus, regnare iussit Hyrcanū: Aristobulo, quia renuebat eam rem, catenas dedit. Sic Pôpeio duce populus Rom. totam, quâ latissima est, Asiam peruagatus, quâ extremam imperij habebat prouinciam, medium fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt; & Indis, qui adhuc nos non nouerant; omnis Asia inter rubrum mare & Caspium & Oceanum, ompeianis domita vel oppressa signis tenebatur.

Bellum Piraticum. CAP. VI.

Interim dum populus Rom. per diuersa terrarum distractus est, Cilices inuaserant marias;

ria; sublatisq; commerciis, rupto foedere generis humani, sic maria bello, quasi tempestate præcluserant. Audaciam perditis furiosisq; latronibus dabat inquieta Mithridaticis præliis Asia; dum sub alieni belli tumultu, exterique regis inuidia, impunè grassantur: ac primum duce Isidoro, contenti proximo mari, Cretam inter atq; Cyrenas, Piræum & Achaiam, sinumque Maleum; quem à spoliis aureum ipsi vocavere, latrocinabantur. Missusq; in eos P. Servilius, quamvis leues & fugaces Myoparonas, grani & Martia classe turbaret; non incruenta victoria superat. Sed nec mari submouisse contentus, validissimas vrbes eorum & diutina preda abundantes, Phaselim & Olympon, euerit; Isauronq; ipsam arcem Ciliciæ: vnde conscius sibi magni laboris, Isaurici cognomen adauit. Non ideo tamen tot cladibus domiti, terra se continere potuerunt: sed, vt quædam animalia, quibus aquam terramque incolendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu, impatientes soli, in aquas suas resiluerunt; & aliquanto latius quam prius. Sic ille quoque ante felix, dignus nunc victoria Pompeius visus est, & Mithridaticæ prouinciaz facta accessio. Ille, dispersam toto mari pestem semel & in perpetuum volens extinguere, divino quodam apparatu aggressus est. Quippe cùm classibus suis & socialib. Rhodiorum abundaret, plurib. legatis atq; prefectis, vtraq; Ponti & Oceani ora complexus est. Gellius, Tusco mari impositus; Plautius, Siculo: Gratilius Ligustinum sinum. M. Pomponius Gallicum obsedit; Torquatus Balearicum; Tiberius Nero Gaditanum fecerunt.

qua primum maris nostri simen aperitur: Lemu-
lus Libycum, Marcellinus Ægyptium, Pompeij iuniores Adriaticum, Varrus Terentius Æ-
grium & Ponticum, & Pamphylium Metellus,
Asiaticum Cæpio; ipsas Propontidis fauces
Porcius Cato sic obditis nauibus, quasi portam
obseruauit. Sic per omnis equeoris portus, sinus,
latebras, recessus, promontoria, freta, peninsu-
las, quidquid piratarum fuit, quadam indagine
inclusum & oppressum est. Ipse Pompeius in
origine in fontemq; belli Ciliciam versus est.
Nec hostes detrectauere certamen, non ex fidu-
cia; sed, quia oppressi erant, ausi videbantur:
sed nihil tamen amplius, quam ut ad primum
ictum concurrent. Mox ubi circumfusa vnde-
que rostra viderunt, abiectis statim telis remis-
que, plausu vndeique pari (quod supplicantium
signum fuit) vitam petierunt. Non alia tam
inuenta victoria usque vñquam sumus; sed nec
fidelior in posterum reperta gens vlla est. Idq;
prospectum singulari consilio ducis; qui mari-
timum genus à cōspectu longè removit maris,
& mediterraneis agris quasi obligavit: eodem
que tempore & usum maris nauibus recuperar-
uit. & terræ homines suos reddidit. Quid prius
in hac mirere victoria? velocitatem, quod X L.
die parta est? an felicitatem, quod ne una qui-
dem nauis amissa est? an vero perpetuitatem,
quod amplius pirata non fuerunt?

Bellum Creticum CAP. VII.

Creticum bellum, si vera volumus noscere,
nos fecimus, sola vincendi nobilem insu-
lam cupiditate. Fatusse Mithridati videbatur:
hoc placuit armis vindicare. Primus inuasit in-
sulam

Sulam M. Antonius, cum ingenti quidem victoria spe atq; fiducia; adeo ut plureis catenarum in nauibus quam arma portaret. Dedit itaq; poenas recordiaz. nam plerasque naues intercepere hostes, captiuaque corpora religata velis ac funibus pependere; ac sic velificantes trimphantium in modum Cretes portibus suis ad remigauerunt. Metellus deinde totam insulam igni ferroq; populatus, intra castella & urbes redigit, & Gnoson, & Erythram, & (ut Graeci dicere solent) urbium matrem Cydonam: ad eoque sex in captiuos consulebatur, ut veneno se pleriq; conficerent, alij ditionem suam ad Pompeium absentem mitterent. Et cum illes in Asia gerens, eò quoq; praefectum misisset Octauium, in aliena prouincia irrisus fuit, eoq; an festius Metellus in hostes ius victoris exercuit, victisque Lasthene & Panare Cydonaz duabus, victor redit: nec quidquam amplius tam de tam famosa victoria, quam cognomen Creticum reportavit.

Bellum Balearicum. CAP. VIII.

Q Vatenus. Mætelli Macedonici domus bellicis nominibus assueuerat, altero ex libris eius Cretico facto, mora non fuit quin alter quoque *Balearicus* vocaretur. *Baleares* per idem tempus insulae, piratica rabie corruerat maria. Homines feros atque sylvestres mireris ausos à scopulis suis saltē maria prospicere. Ascēdere etiam inconditas rates, & prænauigantes subinde inopinato impetu terruere. Sed cum venientem ab alto Romanam classem prospexit, prædam putantes, ausi etiam occurrere. & primo impetu, ingenti lapidum saxorumq;

nimbo classem operuere. tribus quisque fundis
præliatur. Certos esse quis miretur ictus; cum
hæc sola genti arma sint, id vnum ab infantia
studium? cibum puer à matre non accipit, nisi
quem ipsa monstrante percussit. Sed non diu
lapidatione Romanos terruere. Postquam co-
minus ventum est, expertiq; rostra, & pila ve-
nientia, pecudum in morem clamore sublato
petierunt fuga littora; delapsique in proximo a
tumulos, quærendi fuerunt ut vincerentur.

Expedition in Cypron. CAP. IX.

ADerat fatum insularum. Igitur & *Cypros* re-
cepta sine bello. Insulam veteribus diuitiis
abundantem, & ob hoc Veneri sacram, Ptole-
mæus regebat: & diuitiarum tanta erat fama,
(nec falso) ut victor gentium populus, & dona-
re regna consuetus, P. Clodio Tribuno plebis
duce, socij viuiq; regis confiscationem manda-
uerit. Et ille quidem ad rei famam veneno fata
præcepit: exaterum Porcius Cato Cyprias opes
Liburnis per Tiberinum ostium inuexit: quæ
res latius ærarium populi Romani quam ullus
triumphus impleuit.

Bellum Galicum. CAP. X.

Asia Pompeij manibus subacta, reliqua quæ
restabant in Europa, fortuna in Cæsarem
transtulit. Restabant autem immanissimi gen-
tium *Galli*, atque *Germani*: & quamuis in toto
orbe diuisa, tamē qui vinceret, habuit *Britannia*.
Primus Galli motus, ab *Helvetiis* cœpit; qui
Rhodanum inter & Rhenum siti, non sufficien-
tibus terris, venere sedes petitum, incensis mo-
nibus suis, hoc sacramentū fuit, ne cedirēt. Sed
petito tempore ad deliberandū, cum inter moras,

Cæsar:

Cæsar Rhodani pôte rescisso abstulisset fugam, statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas quasi greges in stabula pastor, deduxit. Sequens longe cruentior pugna *B'garum*; quippe pro libertate pugnantium. Hic cùm multa Romanorum militum insignia; tum illud egregium ipsius ducis, quod nutante in fugam exercitu, rapto fugientis è manu scuto, in primam volitans aciem, manu prælium restituit. Inde cum *Veneris* etiam nauale bellum: sed maior cum Oceano quam cuin ipsis nauibus rixa. Quippe illæ, rudes & informes, & statim naufragæ, rostra sensissent: sed hærebat in vadis pugna, cùm æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur. Illæ quoque accessere diuersitates pro gentium locorumque natura. *Aquitani*, callidum genus, in speluncas se recipiebant: iussit includi. *Morini* dilabebantur in silvas: iussit incendi. Nemo tantum ferores dixerit Gallos; fraudibus agut. Induciomarus *Treuiros*, Ambiorix conuocauit *Eburones*: utique absente Cæsare coniuratione facta inuenere legatos. Sed ille fortiter à T. Labieno summotus est, relatumque regis caput: hic, insidijs in valle dispositis dolo perculit. itaque & castra direpta sunt, & aurum ablatum. Cottæ cù Titurio Sabino legato ibi amisisimus. Nec villa de rege mox vltio: quippe perpetua trans Rhenum fuga latuit. Nec Rhenus ergo immunis: nec enim fas erat vt liber esset receptator hostium atque defensor: sed prima cōtra Germanos illius pugna, iustissimis quidem ex causis. Sequani enim de incursionibus eorum querebatur. Que Ariovisti regis superbia?

Cum legati dicerent; *Veni ad Casarem*: *Qui autem est Casar?* & *Si vult, veniar*, inquit. & *Quid ad illum quid agat nostra Germania?* num ego me interpono Romanis? Itaque tantus gentis nouus terror in castris, ut testamēta passim & in principijs scriberentur. Sed illa immania corpora quō erant maiora, eō magis gladijs ferroque patuerunt. Qui calor in praliādo militum fuit, nullo magis exprimi potest, quām quōd elatis super caput scutis cum se veluti testudines barbaris tegeteret, super ipsa Romani scuta salierunt, & inde in iugulos gladijs descendebat. Iterum ubi de Germanis *Menapij* querebantur, hic verò iam Cäsar ultra Mosam nauali ponte transgreditur, ipsumque Rhenum; & Hercynijs hostē quārit in syluis. Sed in saltus & paludes genus omne diffugerat, tātum pauoris incussit intra ripā subito Romana vis. Nec semel Rhenus, sed iterum quoque, & quidem pōte facto, penetratus est. Sed maior aliquanto trepidatio: quippe cum Rhenum suum sic ponte quasi īgo captum viderent, fuga rursus in sylvas ac paludes: & quod acerbissimum Césari fuit, non fuere qui vincerentur. Omnibus terra marique captis, respexit Oceanum; & quasi hic Romanis orbis non sufficeret, alterū cogitauit. Classem igitur comparata, *Britanniam* petit. In Britanniam transit mira celeritate: quippe cum tertia vigilia Mōrito soluissest à portu, minus quām medio die insulam ingressus est. Plena erant tumultu hostico litora, & trepidantium ad conspectum rei nouit carpenta velitabant, itaque trepidatio pro victoria fuit: arma & obsides accepit à trepidis: & veterius issit, nisi improbam classem.

classem naufragio castigasset Oceanus. Reversus igitur in Galliam, classe maiore, auctisque copijs, in eundem rursus Oceanum; eosdemque rursus Britanos Calidonias sequutus in sylvas, vnum quoque e regibus Caelianum in vicinia dedit. Contentus his, (non enim prouinciis, sed nominis studebatur) cum maiore quam prius preda reuectus est, ipso quoque Oceano tranquillo magis & propitio; quasi imparem se fateretur. Sed maxima omnium eademque nouissima coniuratio fuit Galliarum; cum omnes pariter Aruernos atque Biturigas, Carnutes simul, Sequanosque cottraxit ille corpore, armis, spirituque terribilis, & nomine etiam quasi terrori compito, Vercingentorix: ille festis diebus & comitialibus, cum frequentissimos in lucis haberet, ferocibus dictis ad ius pristinum libertatis erexit. Aberat tunc Cæsar, Rauennæ delectum agens; & hyeme creuerant Alpes. sic interclusum putabant iter. Sed ille qualis erat ad nuntium rei felicissimæ temeritatis? Per inuios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias & niues, expedita manu emensus, occupat Galliam: ex distantibus hibernis castra contraxit; & ante in media Gallia fuit, quam ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus, vrbes, Auoricum cum quadraginta millibus propugnantium sustulit; Alesiam, ducentorum quinquaginta millium iuuentute subnixam, flammis adsequauit. Circa Gergouiam Aruernorum tota belli moles fuit: quippe quam cum LXXX. millia muro, & arce & abruptis defendebant, maximam ciuitatem vallo, sudibus, & fossa, indestoque fossæ fluminae, ad hoc decessit & octau

castellis, ingentique quasi lorica circumdata, primum fame domuit: mox audetem erupiones, in vallo gladijs sudibusque concidit: nouissime in ditionem redegit. Ipse ille rex, maximum victoriae decus, supplex cum in castra venisset, tum & phaleras, & sua arma ante Cæsaris genua proiecit. *Habes*; inquit: *Fortem virum vir fortissime viciisti.*

Bellum Parthicum. CAP. XI.

Dum Gallos per Cæsarem in Septentrione debellat, interim ad Orientem graue vulnus à Parthis populus Romanus accipit. Nec de fortuna queri possumus. caret solatio clades. Aduersa & dijs & hominibus cupiditas consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum, & ipsius capite multata est; quod tribunus plebis Metellus excentem ducem hostilibus diris deuouerat: & cum Zeugina transisset exercitus, rapta subitis signaturbinibus hausit Euphrates: & cum apud Niscephorum castra posuisset, missi ab Orode rege legati denuntiaueré, percussorum cum Pompeio foederum, cum Syllaque, meminisset. Regis inhians ille thesauris, nihil ne imaginario quidem iure, sed Seleucia se responsurum esse respondit. Itaque dij sœderum vltores, nec insidijs nec virtuti hostium defuerunt. Iam primum qui solus & subuehere coimeatus, & munire poterat, a tergo relictus Euphrates, tum simulato transfuga cuidam Mazaræ Syro creditur, cum in medium camporum vastitatem eodem dace ductus exercitus, vndeque hosti exponeretur. Itaque vixdum venerat Carras, cum vndique praefecti regis Sillaces & Surena ostendere

ostendere signa auro sericeisq; vexillis vibrantia. Tum sine mora circumfusi vndique equitatus, in modum grandinis atque nimborum densa tela pariter fuderunt. Sic miserabili strage deletus exercitus: ipse in colloquium sollicitatus, signo dato viuus in hostium manus incidisset, nisi tribunis reluctantibus, fugam ducis barbari ferro occupassent. Sic quoque relatim caput ludibrio hosti fuit. Filium ducis penè in conspectu patris eisdem telis operuere. Reliquæ infelicis exercitus, quò quemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Sytiāmque distractæ, vix nuntium cladis retulerunt. Caput eius recisum cum dextra manu, ad regem reportatum, ludibrio fuit; neque indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris infusum est; ut cuius animus arserat auri cupiditate, eius etiā mortuum & exsangue corpus auro vteretur.

Anacephalaosis. CAP. XII.

Hec est illa tertia ètas populi Romani trascendente marina; qua Italia progrederi ausus, orbe, toto arma circumtulit. Cuius ætatis superiores centum anni, sancti, pii, & (vt diximus) aurei; sine flagitio, sine scelere, dum sincera adhuc & innoxia pastoriz illius sextæ integritas, dumq; Pœnorum hostium imminens metus, disciplinam veterem continebat. Postremi centum, quos à Carthaginis, Corinthi, Numantizque excidijs. & Attali regis Asiatica hereditate deduximus in Cæsarem & Pompeium, secutumq; hos, de quo dicemus, Augustum, vt claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesticis cladibus miseri & erubescendi. Quippe sicut Galiam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam vbec-

rimas validissimasque prouincias; Armenios
 etiam, & Britannos, vt non in vsum, ita ad im-
 perij speciem magna nomina aequisistit, pūl-
 chrum atq; decorum: ita eodem tempore dimi-
 casse domi cum ciuibus, socijs, mancipijs, gla-
 diatoribus, totoque inter se senatu, turpe atque
 miserandum. Ac nescio an satius fuerit populo
 Romano, Sicilia & Africa contentum fuisse,
 aut his etiam ipsis carere dominanti in Italia
 sua, quam eò magnitudinis crescere, vt viribus
 suis conficeretur. Quæ enim res alia furores
 ciuiles peperit, quam nimia felicitas? Syria prima
 nos victa corrupit; mox Asiatica Pergameni re-
 gis hereditas. Illæ opes atque diuitiae afflixere se-
 culi mores, mersamque vitijs suis quasi sentina
 tempublicam pessum dedere. Vnde enim po-
 pulus Romanus à tribunis agros & cibaria fla-
 gitaret; nisi per famem quam luxus fecerat?
 Hinc ergo Gracchana & prima & secunda, &
 illa tertia Appuleiana seditio. Vnde, vt regna-
 ret de iudiciarijs legibus, diuisus à senatu e-
 ques; nisi ex avaritia, vt vestigalia reipublice at-
 que ipsa iudicia in quæstu haberentur? Hinc
 rursus & promissa ciuitas Latio, & per hoc ar-
 ma sociorum. Quid autem bella seruilia? vnde
 nobis, nisi ex abundantia familiarium? Vnde
 gladiatorijs aduersus dominos suos exercitus;
 nisi ad conciliandum plebis fauorem effusa
 largitio, cum spectaculis indulget, supplicia
 quondam hostium artem facit? iam vt specio-
 fera vitia tangamus, nonne ambitus honorum ab
 ijsdem diuitijs incitatutus? Atqui inde Marianæ,
 inde Syllana tempestas, aut magnificus apparatus
 munitionum, & sumptuosa largitio, nonne ab opu-
 lentijs

Iētia, paritura mox egestatem & Hæc Catilinam hostem patriæ suæ impegit. Denique illa ipsa *principatus & dominandi cupido*, vnde, nisi ex nimis opibus venit? Atqui hæc Cæsatrem atque Pōpeium furialibus in exitium reipublicæ facibus armavit. Hos igitur populi Romani omnes domesticos motus, separatos ab externis iustisque bellis, ex ordine prosequemur.

Delegibus Gracchani. CAP. XIII.

SECTIONUM omnium caussas Tribunicia potestas excitauit; qua specie quidem plebis tuendæ, cuius in auxilium comparata est; & autem dominationem sibi acquirens, studium populi ac fauorem agrarijs, frumentarijs, iudicatijs legibus auctorabatur. Inerat omnibus species æquitatis. Quid enim tam iustum, quam recipere plebem ius suum à Patribus? ne populus gentium viator, orbisque possessor, extorris aris ac focis ageret? Quid tam æquum, quam inopem populum viuere ex ærario suo? Quid ad ius libertatis æquandæ magis efficax, quam ut senatu regente prouincias, ordinis equestris auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur? Sed hæc ipsa in perniciem redibant, & misera respublica in exitium suum merces erat. nam & à senatu in equitem translata iudiciorum potestas, vestigalia, id est, imperij patrimonium supprimebat: & emio frumenti, ipsos reipublicæ neruos exhaustiebat, ærarium. Reduci plebs in agros vnde poterat sine possidentium eversione, qui ipsa pars populi erant? & tamen relietas sibi à maioribus sedes ætate quasi iure hereditario possidebant.

Seditio Tiberij Gracchi. CAP. XLI.

PRIMAM certaminū facem Tiberius Gracchus accedit, genere, forma, eloquētia facile princeps. Sed hic, siue Mancinianē deditio-
nis, quia sponsor fœderis fuērat, contagium ti-
mens, & inde popularis siue æquo & bono du-
ctus, quia depulsam agris suis plebem misera-
rus est; ne populus Romanus gentiūm viator,
orbisque possessor, latibus ac focis suis exula-
ret: aut quacumque mente rem ausus inge-
tem postquam rogationis dies aderat, ingenti
stipatus agmine, Rostra conscendit: nec deerat
obuia manu tota inde nobilitas, & tribuni in
partibus. Sed ubi intercedentem legibus suis
M. Octauium videt Gracchus, contra fas colle-
gij ius potestatis, iniecta manu depulit Rostris;
adeoque præsentī metu mortis exterrunt, ut ab-
dicare se magistratu cogeretur. Sic triunuir
creatus diuidendis agris, cùm ad perpetrandā
cœpta die comitiorum prorogari sibi velle
imperium, obuia nobiliūm manu, eorumque
quos agris mouerat, cædes à foro cœpit. Inde
cùm in Capitolium profugisset plebemque ad
defensionem salutis suæ, manu caput tangens,
hortaretur; præbuit speciem regnum sibi &
diadema poscentis: atque ita, duce Scipione
Nasica, concitato in arma populo, quasi iure
oppressus est.

Seditio C. Gracchi. CAP. XV.

STATIM & mortis & legum fratris sui vin-
dex non minore impetu incaluit C. Grac-
chus, qui cùm pari tumultu atque terrore ple-
bem in auitos agros arcesseret, & recentem
Attali hereditatem in alimēta populo polli-
ceretur,

ceretur; iamque nimius, & potens altero tribunatu, secunda plebe volitaret; obrogare ause legibus suis Minucio tribuno, fretus comitum manu, fatale familiæ suæ Capitolium inuasit. Inde proximorum cæde pulsus, cum se in Auētinum recepisset, inde quoque obuia senatus manu, ab Opimio consule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquijs; & illud sacro-sanctum caput Tribuni plebis, percussoribus auro pensatum est.

Sedirio Appuleiana. CAP. XVI.

Nihilominus Appuleius Saturninus Gracchanas aſſerere leges non destitit. Tātum animorum viro Marius dabat; qui nobilitati semper inimicus, consulatu suo præterea confiſsus, occiso palam in comitijs A. Nonio competitore Tribunatus, subrogare conatus est in eius locum C. Gracchum, hominem sine tribu, sine nomine: sed subditio titulo, in familiam ipſe ſe adoptat. Cum tot tantisque ludibrijs exultaret impunè, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut ſenatum quoque cogeret in verba ſua iurare, cum abuentibus aqua & igni interdictum ſe minaretur. Vnus tamen extitit qui mallet exſilium. Igitur post Metelli fugam omni nobilitate pereulsa, cum iam tertium dominaretur, eò vesanię progressus est, ut Consularia quoque comitia noua cæde turbaret. Quippe ut ſatellitem furoris ſui Glauciam, consulem faceret; C. Memmium competitorum interfici iussit: & in eo tumultu regem ex ſatellitibus ſuis ſe appellatum lxtus accepit. Tum verò iam conſpiratione ſenatus, ipſo quoque iam Mario consule, quia tueri nom

poterat, aduerso, directa in foro acies : repulsus
inde in Capitoliū inuasit. Sed cūm abruptis
fistulis obſideretur, senatuique per legatos pœ-
nitentia fidem faceret, ab arce degressus cum
ducibus factionis receptus in curiam est. Ibi
eum, facta irruptione, populus fustibus saxisq;
coopertum in ipsa quoque morte lacerauit.

Drusiana sedicio. CAP. XVII.

Postremò Liuius Drusus nō tribunatus mo-
dò vitibus, sed ipsius etiam senatus aucto-
ritate, totiusque Italiz̄ consensu, easdem leges
asserere conatus, dum aliud captat ex alio, tan-
tum conflauit incendium, vt nec prima illius
flamma posset sustineri; & subita morte cor-
reptus, hereditarium in posteros suos bellum
propagaret. Iudicaria lege C. Gracchus diui-
serat Populum Romanum, & bicipitem ex vna
fecerat ciuitatem. Equites Romani, tanta po-
testate subnixi, vt qui fata fortunasq; Patrum,
vitasque principum haberent in manu, inter-
ceptis vestigalibus, peculabātur suo iure Rem-
publicam. Senatus exilio Metelli, damnatione
Rutilij debilitatus, omne decus maiestatis
amiserat. In hoc statu rerum pares opibus, ani-
mis, dignitate: (vnde & nata Liuius Druso zimu-
latio ac cesserat) equitem Seruilius Cæpio, se-
natum Liuius Drusus afferere: signa & aquilæ
& vexilla aderant. Ceterum sic vrbe in vna,
quasi in binis castris dissidebat. prior Cæpio
in senatum impetu facto, reos ambitus Scaurū
& Philippum principes nobilitatis elegit. His
vt motibus resisteret Drusus, plebē ad se Grac-
chanis legit̄us; eisdem socios ad plebem spe-
cilitatis erexit. Exstat vox ipsius, nihil se ad lar-

gitionem ulli reliquisse, nisi si qui aut cœnū diuidere veller, aut calum. Aderat promulgandi dies, cùm subito tanta vis hominum vndiq; apparuit, vt hostium aduentu obessa ciuitas videretur. Ausus tamen obrogare de legibus consul Philip-pus. Sed apprehensum faucibus viator non ante dimisit quām sanguis & in ora & in oculos redundaret. Sic per vim latæ iussæque leges. Sed pretiū rogationis statim socij flagitauere; cùm interim imparē Drusum, ægrumq; rerū temere motarum, matura, vt in tali discrimine, mors abstulit: nec ideo minus socij promissa Drusia populo Romano reposcere armis desierunt.

Bellum Sociale. (AP. XVII.)

BEllum quod aduersus socios gestum est, *Sociale bellum* vocetur licet; vt extenuemus inuidiam: si verum tamē völamus, illud *ciuale bellum* fuit. quippe cùm populus Romanus Etruscos, Latinos, Sabinosque miscuerit, & vnum ex omnibus sanguinem ducat, corpus fecit ex membris, & ex omnibus unus est. Nec minore flagitio socij intra Italiā, quām intra urbem ciues rebellabant. Itaque cum ius ciuitatis, quam viribus auxerant, socij iustissimè postularēt, ad quam spem eos cupidine dominatio-nis Drusus exixerat: postquam ille domestico scelere oppressus est, eadem fax quæ illum cremauit, socios in arma & in expugnationem urbis accēdit. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? cùm omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis atq; Campania, postremò Italia contra matrem ac parentem suam Urbem consurgeret? cùm omne robur fortissimorum fidelissimorumq; sociorum, sub suis quisque signis

haberent municipalia illa prodigia? Popedius Marlos & Latinos. Afranius Vmbros, totus senatus & consules Samnium, Lucaniam Telesinus; cum regum & gentium arbiter populus, ipsum se regere non posset, ut victrix Alia Europæque, à Corfinio, Roma peteretur. Primum fuit belli in Albano monte consilium, ut festo die Latinatum, Sext. Iulius Cæsar, & L. Marcius Philippus consules, inter sacras & aras immolarentur Postquam id nefas proditione discussum est, Asculo furor omnis erupit, in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab urbe, legatis. Hoc fuit impij belli sacramentum. Inde iam passim ab omni parte Italiz, duce & auctore belli discursante Popedio, diuersa per populos & urbes signa cecinisse. Nec Annibal is nec Pyrrhi fuit tanta vastatio. Ecce Ocriulum, ecce Grumentum, ecce Fæsaliz, ecce Carseoli; reseratq; Nuceriz, & Picentes, exdibus, ferro & igne vastantur. Fusæ Rutiliij copiæ, fusæ Cæpionis. Nam ipse Iulius Cæsar exercitu amissò, cum in urbe cruëtus referretur, miserabili funere mediâ etiam urbem peruiam fecit. Sed magna populi Romani fortuna, & semper in malis maior, totis denuo viribus insurrexit: aggressiq; singuli populos, Cato discutit Etruscos, Gabinius Marlos, Carbo Lucanos, Sylla Samnites: Strabo verò Pöpeius. omnia flammis ferroq; populatus, nō priùs finem cædiū fecit, quam Asculi euersione, Manibus tot exercituū cœsularium, direptarumq; urbiū dijs litaretur.

Bellum Servile. CAP. XIX.

V Tcumque, et si cum sociis, (nefas) cum liberis tamen & ingenuis dimicatum est.

Quæ

Quis æquo animo ferat in principe gētium populo bella seruorum? Primum seruite bellum inter initia urbis. Herdonio Sabino duce, in ipsa urbe tentatum est; cùm occupata Tribunicijs seditionibus ciuitate, Capitoliū obsessum est, & à consule captum. Sed hic tumultus magis fuit quām bellum. Mox imperio per diuersa terrarū occupato, quis crederet Siciliam multò cruentiū seruili, quām Punico bello, esse vastatam? Terra frugū ferax, & quodāmodo suburbana prouincia, latifundijs ciuium Latinorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequentia ergastula, catenatiq[ue] cultores materiam bello p[ro]tribuere. Syrus quidam, nomine Eunus (magnitudo clodium facit ut meminerimus) fanatico furore simulato, dum Syriae dea c[eremon]ias iactat, ad libertatem & arma seruos quasi numinum imperio concitauit. idque ut diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure & igne stipauerat leuiter inspirans, flamnam inter verba fundebat. Hoc miraculo primum duo millia ex obuijs, mox iure belli refractis ergastulis, quadraginta amplius millia fecit exercitum. regijsq[ue], ne quid malis deesset, decoratus insignibus, castella, oppida, vicos, miserabili direptione vastauit. Quin illud quoque in ultimum belli dedecus; capta sunt castra prætorum; nec nominare ipsos pudet, castra Manilij, Léculi, Pisonis, Hypsæi. Itaque qui per fugitiarios retrahi debuissent, prætorios duces profugos prælio, ipsi sequebantur. Tandem P. Rupilio Imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim victos, & apud Ennam nouissimè obsessos, cùm fame quasi pestilētia

334 HIST. ANTIQ. LIB. III.
consumfisset, reliquias latronum compedibus
catenisq; religauit, crucibusq; puniuit. Fuitq;
de seruis ouatione contentus, ne dignitatem
et iumphii seruili inscriptione violaret. Vix dum
respirauerat insula, cum statim a seruis & a Sy-
ro reditur ad Cilicem. Athenio pastore, interfe-
cto domino, familiam ergastulo liberatam sub-
signis ordinat. Ipse veste purpurea, argenteoq;
baculo, & regium in morem fronte redimita,
non minorem quam ille fanaticus prior cōflat
exercitum: acriusque multo, quasi & illum vin-
dicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in do-
minos, in seuos infestius, quasi in transfugas,
scuiebat. Ab hoc quoque prætorij exercitus
exi, capta Seruilijs castra, capta Luculli. Sed
Aquillius P. Rupilius vsus exemplo, interclusum
hostem commeatibus ad extrema compulit,
communitasque copias armis, fame facile de-
leuit: dedidissentq; se, nisi suppliciorum metu
voluntariam mortem prætulissent. Ac ne de-
duce quidem supplicium exigi potuit, quāuis
in manus venerit quippe, dum circa ad depre-
hendendum eum multitudo contendit, inter-
rixantium manus præda lacerata est.

Bellum Spartacium. CAP. XX.

Enī numero seruiliū armorum dedecus fe-
ras. nam & ipsi per fortunam in omnia ob-
noxij, tamen quasi secundum hominum genus
sunt, & in bona libertatis nostræ adoptantur.
Bellum Spartaco duce concitatum, quo nomine
appellem nescio: quippe cum serui militaue-
runt, gladiatores imperaverint: illi infimæ for-
tis homines; hi, pessimam auxere ludibrio ca-
lunitatem. Spartacus, Cratus, & Oenomarus,

effusione

effracto Lentuli ludo, cum septuaginta aut amplius eiusdem fortunæ viris etuperunt Capua; seruisque ad vexillum & ad auxilium vocatis, cum statim decem amplius millia coissent hominum, non modò effugisse contenti, iam vindicari etiam volebat. Prima velut ara viris nostris Vesuvius placuit, ibi cum etiam obsiderentur à Clodio Glabro, per fauces caui montis vittagineis delapsi vinculis, ad imas eius descendere radices; & exitu inuio nihil tale opinantis durcis subito imperu castra rapuere. Inde alia castra deinceps Thoram totamq; perusgatur Campaniam. Nec villarum atq; vicorum vastatione conteti, Nolam, atque Nuceriam, Thurios atq; Metapontum terribill strage populantur. A fluentibus in diem copijs, cum iam esset iustus exercitus, è viminibus pecudumque tegumentis inconditos sibi clypeos; & ferro ergastulorum recocto, gladios ac tela fecerunt. ac, ne quod decus iusto deesset exercitui, domitis obuijs greibus paratur equitatus; captaq; de prætoribus insignia & fasces ad ducem detulere. Nec abduit ille de stipendiario Thirace miles, de milite desertor; inde latro, deinde in honore virium gladiatori, qui defunctorum quoque prælio dum funera Imperatoris celebravit exsequijs, captiuosq; circa roguin iussit armis depugnare; quasi planè expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset. Inde iam consulares quoque aggressus, in Apennino Lentuli exercitum cecidit, apud Mutinam. C. Cassi, castra detinuit. Quibus elatus victorijs, de inuadenda urbe Romana, quod satis est turgitudini nostræ, e liberavit. Tadem etiâ totius

imperij viribus contra myrmillonem consurgit, pudoremq; Romanum Licinius Crassus asseruit. à quo pulsū fugatiq; (pudeat dicens hostes, in extrema Italiz confugerunt. Ibi circa Brutium angulum inclusi, cùm fugam in Siciliam pararent, neque nauigia tuppeterent: ratesque ex cratibus, & dolia connexa virgultis in rapidissimo freto frustra experirentur, tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem; & quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine fortissimè dimicās quasi Imperator occisus est.

Bellum ciuale Marianum. C A P. XXI.

Hoc decretat vnū populi Romani malis, iam ut ipse intra se patricidiale bellum domi stringeret, & in vrbe media ac foro quasi arena ciues cum ciuibus suis gladiatorio more concurrent. Äquiore animo vt cumque ferrem, si plebeij duces, aut si nobiles, mali saltē, ducatum sceleri præbuissent. Cūm verò (prò facinus! qui viri? qui imperatores?) decora & ornamenta saceruli sui Marius & Sylla, pessimo facinori suam etiam dignitatē præbuerunt, tribus, vt sic dixerim, sideribus agitatum est: primo, & leui & modico, tumultu maiore quam bello, intra ipsos armorum duces subsistente sanguinia: mox atrocius & cruentius, per totius viscera senatus grassante victoria. Ultimum, nō ciuicam modò, sed hostilem quoque rabiem supergressum est, cūm armorum furor totius Italiz viribus niteretur, eosque odijs sanguinibus, donec deessent qui occiderentur. Initium & caussa belli, inexplicabilis honorum Marij, famae, dum

dum decretam Sullæ prouinciam Sulpicia lege
sollicitat. Sed impatiens iniuriæ statim Sulla
legiones circumegit ; dilatoque Mithridate,
Esquilina Collinaque porta , geminum agmen
vrbi infudit. Vnde cùm subito Sulpitius & Al-
binouanus obiecissent cateruas , fudesque &
saxa vndique à mœnibus ac tela iacerentur ;
ipse quoque iaculatus , incendio viam fecit, ar-
temque Capitolij, quæ Pœnos quoque , Gal-
los etiam Senonas euaserat , quasi captiuam
victor insedit. Tum ex senatusconsulto, aduer-
sarijs hostibus iudicatis, in præsentē tribunum
aliosq; diuersæ factionis iure sœvitum est. Ma-
rium , seruulis fuga exemit , imò fortuna alteri
bello reseruauit. Cornelio Cinna, Cn Octauio
cōsulibus, male obrutum surrexit incēdium ;
& quidem ab ipsorum discordia , cùm de reuo-
candis quos senatus hostes iudicauerat, ad po-
pulum referretur. Cincta quidem gladijs con-
cione, sed vincentibus quibus pax & quies po-
tior, profugus patria sua Cinna cōfugit ad par-
tes : redit ab Africa Marius clade maior : siqui-
dem carcer, catenæ, fuga, exsilium , horrificaue-
rant dignitatem. Itaque ad nomen tanti viri la-
tè concurrunt : seruitia (prò nefas) & ergastula
armantur ; & facile inuenit exercitum miser
Imperator. Itaque vi patriam reposcens , vnde
vi fuerat expulsus, poterat videti iure agere nisi
causam suam sœvitia corrumperet. Sed cū dīs
hominibusque infestus rediret, statim primo
impetu cliens & alumna Vrbis Ostia ne sandi
strage diripitur: mox in urbe quadruplici agmi-
ne intratur diuisere copias Cinna, Marius, Car-
bo, Sertorius. Hic postquam manus emis.

Ostauij depulsa Janiculo est, statim in principū
eodem signo dato, aliquantò scuius quam aut
in Punica aut in Cimbrica vrbe scuitur. Ostauij
consulis caput pro Rostris exponitur; Antonij
cōsularis, in Marij ipsius mensis. Cæsar & Fim-
bria in penatibus domorum suarū trucidātur;
Crassi, pater & filius, in mutuo alter alterius
aspectu. Bæbium atq; Numitorium per mediū
forum vnci traxere carnificum. Catulus se ignis
haustu ludibrio hostium exemit. Merula flamē
Dialis, in Capitolio, Louis ipsius oculos, venarū
cruore respersit. Ancharius ipso vidente Ma-
rio confossus est; quia fatale in illam scilicet
manum non porrexerat salutanti. Hęc tot se-
natus funera intra Calendas & Idus Ianuarij
mensis septima illa Marij purpura dedit. Quid
futurum fuit, si annum consularis impletet?
Scipione Norbanoque consulibus, tertius ille
turbo ciuilis insaniz toto furore detonuit,
quippe cùm hinc VII. legiones, inde quin-
gentæ cohortes starent in armis, inde ab Asia
cum victore exercitu Sulla properaret. Et sanè
cùm tam ferus in Sullanos Marius fuisset, quā-
ta scuitia opus erat ut Sulla de Mario vindica-
retur? Primum apud Capuam sub amne Vul-
turno signa concurrunt: & ibi statim Norbani
fusus exercitus; statim omnes Scipionis copia,
ostentata spe pacis, oppressæ. Tum Marius iu-
uenis & Carbo consules, quasi desperata victo-
ria, ne inulti perirent, sanguine senatus sibi pa-
rentabant: obsecrataque curia, sic de senatu qua-
si de carcere, qui iugularentur, educti. Quid
funerum in foro, in circo, in patentibus tem-
plis? Namque Q. Mucius Sc̄euola pontifex,
Vestales

Vestales amplexus aras, tantum non eodem
igne sepelitur. Lamponius atque Telesinus.
Samnitium duces, atrocius Pyrrho & Anni-
bale Campaniam Etruriamque populantur, &
sub specie partium se vindicant. Apud Sacri-
portum Collinamq; portam debellatae omnes
hostium copiæ ibi Marius, hic Telesinus op-
pressi. Nec idem tamen cædium, qui belli finis
fuit. Stricti enim & in pace gladij, animaduer-
sumque in eos qui se sponte dediderant. Non
minus est quòd apud Sacriportū & apud Colli-
nam portam septuaginta amplius millia Sulla
concidit. bellum erat. quattuor millia deditoř
inerium ciuiū, in villa publica interfici iussit.
isti tot in pace non plures sunt: quis autem il-
los potest cōputare, quos in vrbe passim quis-
quis voluit occidit? donec adimonēte Furfido,
viuere aliquos debero, ut essent quibus imperarent;
proposita est ingens illa tabula, & ex ipso eque-
stris ordinis flore ac senatus duo millia electi
qui mori iuberentur. Noui generis edictum.
Piget post hæc referre ludibrio habita fata Cat-
bonis, fata Sorani prætoris, atque Venuleij; Ex-
biuum sine ferro ritu feratum inter manus lace-
ratū; Mariuīn ducis ipsius fratrem, apud Catuli
sepulcrum, oculis, manibus, cruribusq; defossis,
seruauit aliquandiu, ut per singula membra
moreretur. Positis singulorū hominū ferè pœ-
nis, unicipia Italij splēdidissima sub hafta ve-
nicit. Spoletiū, Interamniū, Fræneste, Fluëtia.
nā Samonē, vetus oppidū, sociū atq; amicum,
(facilius indignū) nondū expugnatū, ut obli-
des iure belli, & modo morte damnari duci iu-
bentur, sic damnatā ciuitatē rem Sulla delerit.

Bellum Sertorianum. C A P. XXII.

BEllum Sertorianum quid aliud quām Sul-
lanæ proscriptionis hereditas fuit? hostile
potius, an ciuile dixerim, nescio: quippe quod
Lusitani Celtiberique Romano gesserint dace.
Exsul & profugus feralis illius tabulae, vir sum-
mae quidem, sed calamitosæ virtutis, malis suis
maria terraque permiscuit; & in Africa iam
& Balearibus insulis fortunam expertus, mis-
susque in Oceanum, Fortunatas insulas pene-
travit: tandem Hispaniam armavit; ubi viro-
cam viris facilè conuénit: nec alias magis ap-
paruit. Hispani militis vigor, quām Romano
duce. Quamquam ille non cōtentus Hispania,
ad Mithridatem quoque Ponticosque resgexit,
regemque classe iuuit. Et quid futurum fuit sa-
tis tanto hosti? Vno imperatore resistere res
Romana nō potuit; additus Metello Cn. Pom-
peius. hi copias viri diu & ancipiū semper acie
attruere: nec tamen priùs bello quām suorum
scelere & insidijs, extinctus est. Copias eius
propè tota Hispania persequunti, diu & ancipiū
semper acie dimicauerunt. Prima per legatos
certamina habita, cūm hinc Domitius & Tho-
rius inde Herculeij præluderent: mox his apud
Segouiam, illis apud Anam flumen oppressis,
ipsi duces cominus inuicem experti, apud Lau-
zonem atque Sucronem æquauere clades. Tum
illis ad populationem agrorum, his ad urbium
excidia conuersis, misera inter Romanos duces.
Hispania discordia pœnas dabat; donec op-
presso, domestica fraude Sertorio, victo dedi-
to que Perperna, ipse quoque in Romanam si-
convenētibes; Osca, Terme, Tutia, Valētia,
Auxima.

Auxima, & in fame nihil non experta Calaguris. Sic recepta in pace in Hispania victores duces externum id magis quam ciuile bellum videri voluerunt; ut triumpharent.

Bellum ciuile sub Lepido. CAP. XXII.

MArco Lepido, Quinto Catulo cōsulibus, ciuile bellum p̄enē citius oppressum est quam inciperet. Sed quātum lateque fax illius motus ab ipso Sulla rogo exarsit! Cupidus nāq; rerum nouarum per insolentiam Lepidus, acta tanti viri rescindere parabat; nec immerito; si tamen posset sine magna clade Reip. Nam cū iure belli Sulla dictator proscriptissim⁹ inimicos; qui supererāt, reuocāte Lepido; quid aliud quam ad bellum vocabantur? cumque damnatorum ciuium bona addicente Sulla, quamvis male capta, iure tamē repetitio eorum procul-dubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebat ergo quasi ægræ fauciæque Reipublicæ, requiescere quomodo cumque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. Ergo cūm turbidis concionibus velut classico ciuitatem terruisset, profectus in Etruriā arma inde & exercitum vrbi admouerat. Sed iam Milium pontem, collemque Ianiculum, Lutatius Catulus, Cn Pompeius, Sullanę dominationis duces atque signiferi, alio exercitu insederant. A quibus primo statim impetu retro pulsus, hostisq; à senatu iudicatas, incruenta fuga in Etruriam, inde Sardiniam recessit: ibique morbo & pœnitentia interiit. Victores, quod non temere alias in ciuibus bellis, pace contenti

fuerunt.

Florus lib. 3.

L.FLORI HISTORIARVM

LIBER IIII.

Bellum Catilinarium. CAP. I.

ATILINAM luxuria primū, tum hinc conflata egestas rei familiaris; simul occasio, quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur, in nefaria cōsilia opprimendæ patrī suæ compulere, senatum confodere, consules trucidare, distingere incēdijs urbem, diripere ærarium, totam denique rem publicam funditus tollere, & quidquid nec Annibal videretur optasse. Quibus id nefas socijs aggressus est? Ipse patricius; sed hoc minus est. Curij, Porcij, Sullæ, Cethegi, Autronij, Vargunteij, atque Longini, quæ familiae? quæ senatus insignia? Lentulus quoque tunc maximè prætor, hos omnes immanissimi facinoris satellites habuit. Additum est pignus cōjurationis, sanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere: summum nefas, nisi amplius esset propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa coniuratio in Ciceronem & Antonium consules incidisset; quorum alter industria rem patefecit, alter manus oppressit. Tanti sceleris indicium per Fuluiam emersit, vilissimū scortum, sed parricidijs innocens. Tum cōsul habitu senatu, in præsentem reū Cicero perorauit, sed non amplius profectum, quām ut hostis euaderet, seq̄; palam professò incendium suum restinctum ruina minaretur. Et ille quidem ad præparatum à Manlio in Etruria exercitura proficietur,

proficiscitur, signa illaturus vrbi: Lentulus, de-
tinatum familiæ suæ Sibyllinis versibus regnū
sibi vaticinans, ad præstitutum à Catilina diem
vrbe tota viros, faces, tela disponit: nec ciuili
conspiracye contentus, legatis Allobrogum,
qui tum fottè aderant, in arma sollicitatis. Et
isset ultra Alpes furor, nisi altera proditione
Vulturcij, prætoris literæ tenerentur. Statim
Ciceronis imperio injecta est barbaris manus:
palam prætor in senatu conuincitur. De suppli-
cio agentibus, Cæsar parcendum dignitati, Ca-
to animaduertendum pro scelere censebat.
Quam sententiam sequutis omnibus, in car-
cere parricidæ strangulantur. Quamuis parte
coniurationis oppressa, tamen ab incepto Ca-
tilina non destitit: sed infestis ab Etruria signis
patriam petens, obuio Antonij exercitu oppri-
mitur. Quam atrocyter dimicatum sit, exitus
docuit. Nemo hostium bello superfuit: quem
quisque in pugnâdo ceperat locum, eum amiss-
sa anima corpore tegebat. Catilina longè à suis
inter hostium cadaverarepertus est; pulcherri-
ma morte, si pro patria sic concidisset.

DE CONSVLIBVS ROMANIS EX SEXTO RVFO viro consulari ad Valen- tinianum.



Consules deinde fuerunt à Bruto
& Publicola in Pâsam & Hirtium
numero DCCCLXVII. præter eos
qui in eundem annum sorte ali-
qui sunt subrogati, per annos
Gentius Rufus. z 4

CCCCLXVII. Quadraginta nouem annis Roma
 mx consules defuerunt: sub Decemviris, annis
 duobus; sub Tribunis militum, annis XLIII.
 Sine Magistratibus Roma fuit annis IIII. I M-
 P E R A T O R E S ab Octaviano Cæsare Augu-
 sto usque ad Iouianum fuerūt numero XLIII,
 per annos CCCCVII. Sub his igitur tribus im-
 perandi generibus, hoc est, Regio, Consulari, &
 Imperatorio, quātum Roma profecerit, breui-
 ter intimabo. S V B C O N S V L I B V S, inter
 quos nonnumquam & Dictatores fuerunt, per
 annos simul CCCCLXVII. usque trans Padum
 Italia occupata est. Africa subacta, Hispaniæ ac-
 cesserunt; Galliæ & Britanniæ tributariæ factæ
 sunt. Inde Illyrici, Istrii, Liburni, Dalmatiæ, do-
 miti sunt. Ad Achaiam transitum est. Macedo-
 nes subacti. Cum Dardanis, Mœsis & Thraci-
 bus bellatum est: etiam ad Danubium usque
 peruenit. In Asia, expulso Antiocho, primum
 pedem posuere Romani. Mithridate vīcto, Pōti
 regnum occupatum; & Armenia minor, quam
 idem tenuerat, armis obtenta est. In Mesopo-
 tamiam Rom. peruenit exercitus. Cum Parthis
 foedus initum est. Contra Corduenos ac Sar-
 cenos & Arabas bellatum est. Iudæa omnis vi-
 cta est. Cilicia & Syria, in potestatem populi
 Romani venerunt. Ægypti reges federati erāt.
 S V B I M P E R A T O R I B V S verò per an-
 nos quadringentos septē, quū diuersa Reipub.
 fortuna multi Principes imperarint, accesserūt
 tamen Romano orbi Alpes maritimæ. Alpes
 Cotticæ, Rhaeticæ, Noricæ, Pannonicæ, Mœsicæ; &
 omnis ora Danubij in prouinciam est redactas
 Pontus omnis, Armenia minor, Oriens totus

cum Mesopotamia, ac Syriis, Arabia & Aegypto, sub imperij Romani iura transiuit. Quo autem ordine singulas prouincias Romana, Respublica assedita sit, ita ostenditur infra. Prima prouinciarum Sicilia facta est. Eam victo Hierone Siculorum rege, Marcellus cōsul obtinuit. Deinde à prætoribus recta est; postea commissa est præsidibus: nunc à consularibus administratur. Sardiniam & Corsicam Metellus vicit: qui & triumphauit de Sardis, qui rebellauerent sepe. Iuncta administratio harum insularum fuerat: post quilibet suos Praetores habuit: nunc singulæ à suis præsidibus reguntur. In Aphricam pro defensione Siculorum Romana træsinissa sunt signa. Ter Aphrica rebellauit: ad extremum delata per P. Scipionem Carthagine, prouincia facta est: nunc sub Proconsulibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur: sed Jugurtha, ob necatos Adherbalem & Hiempsalem Micipaz regis filios, bellum indictum est: & eo per Metellum consulem attrito, per Marium capto, in populi Romani potestatem Numidia pertinet. Mauritania à Boccho rege obtenta sunt. Sed subacta omni Africa, Mauros Iuba rex tenebat; qui in caussa belli ciuilis, à Iulio Cæsare vicit, mortem sibi propria manu consciuit. Ita Mauritaniz nostræ esse coepérunt: ac per omnem Africam sex prouinciarum factæ sunt. ipsa ubi Carthago est proconsularis; Numidia, consularis; Byzacium, consularis; Tripolis, & Mauritania dux, hoc est, Sitifensis & Cæsariensis, sunt Præsidiales. Hispania primum auxilium aduersus Afros per Scipiones tulimus. Rebellantes Iulitanos in Hispania per D. Brutum obtinuerunt.

Sextus Rufus.

nuimus. & vsq; Gades ad Oceanum mare peruenimus. Postea ad Hispanos tumultuantes D. Iunius Silanus cum exercitu missus, eos vicevit. Celtiberi in Hispania saepe rebellauere: sed misso minore Africano, cum excidio Numantiae subacti sunt. Omnes penè Hispaniæ occasione belli Sertoriani, per Metellum & Pompeium in ditionem acceptæ sunt: postea prorogato in quinquennium imperio, à Pompeio perdomitæ sunt. Ad extremū quoque ab Octaviano Cæsare Augusto, Cantabri & Astures, qui freti montibus resistebant, deleti sunt. Ac per omnes Hispanias sex sunt nūc prouinciæ; Tarragonensis, Carthaginensis, Lusitania, Gallæcia, Bætica. Trans fretum etiam in solo terræ Afriçæ prouincia Hispaniarum est, quæ Tingitanica Mauritania cognominatur. Ex his Bætica & Lusitania, Consulares; cæteræ, Præsidales sunt. Cum Gallis grauissima bella populus Romanus habuit. Galli enim etiam illam partem Italiam in qua nunc Mediolanum est, vsque ad Rubiconem fluuium tenebant; in tātum viribus freti, ut Romam ipsam bello peterent; & cæsis exercitiis Romanis apud Alliā fluuium, moenia urbis intrarent, Capitoliumq; ob siderent. ad cuius arcem sexcenti nobilissimi Senatores cōfugerant; qui mille auri pondo se ab ob sitione redemerunt. Postea Gallos victores remeantes. Camillus, qui in exilio erat, collecta de agris multitudine, oppressit; aurum & signa quæ Galli ceperant, reportauit. Cum Gallis multi Consules, Frætores ac Dictatores, euentu vario conflixerunt. Marius Gallos de Italia expulit: & trans siccissimis Alpibus, feliciter aduersus eos pugnauit.

pugnauit. Ceterum Cæsar cum decem legionibus, quæ quaterna millia militum Italorum habuerunt, per annos octo, ab Alpibus ad Rhenum usque Gallias subegit: eum barbaris ultra Rhenū politis confixit: in Britanniā transiuit; decimo anno Gallias & Britanniā tributarias fecit. Sunt in Gallia cuncti Aquitania & Britannijs prouinciae octodecim: Alpes maritima, prouincia Narbonensis, Viennensis, Nouem-populana, Aquitanica duæ, Lugdunenses duæ, Alpes Graæ, Maxima Sequanorum, Germania, duæ, Belgicæ duæ: in Britannia, Maxima Cassiensijs, Flavia, Britannia prima, Britannia secunda.

Illyricum ab ora maritima paulatim aggressi sumus. Lætinus consul Hadriaticum atque Ioniū mare primus ingressus, maritimas obtinuit ciuitates. *Creta* per Metellum proconsulem, qui *Creticus* dictus est, prouincia facta est. *Gracis* in fidem nostram confugientibus, ad Achaiam accessimus. Athenienses, aduersus Philippum Macedonum regem auxilium nostrum petierunt. Libera diu sub amicitijs nostris Achaia fuit: ad extremum legatis Romanorum apud Corinthum violatis, per L. Mummiū proconsulem capita Corintho, Achaia omnis obtenta est. *Epirote*, qui aliquando cum rege Pyrrho, etiam ad Italiam transire presumperant, victi, atque *Theffali* simul cum Achiuorum & Macedonum regionibus nobis accesserunt. *Macedonia* ter rebellauit; sub Philippo, sub Perseo, sub Pseudophilippo. Philippum Flamininus, Perseum Paulus, Pseudophilippum Metellus oppressit: quorum triumphis Macedonia quoque

Sextus Rufus.

populo Romano adiuncta est. *Illyricos*, quia Macedonibus auxilium tulerant, ex eadem occasione per L. Anicium Prætorem vicius, & eos cum rege Gētio in deditio[n]em accepimus. *Dardanos* & *Mæsos* Curio proconsul subegit; & primus Romanorum ducum ad Danubium usque peruenit. Sub Iulio & Octauiano-Cæsaribus per Alpes Iulia[re] iter factum est: *Alpinis* omnibus victis, *Noricorum* prouincia accesserunt. Bathone Pannoniorum rege subacto, in ditionem nostram *Pannonia* venerunt. Aman-
tinis inter Sauum & Drauum prostratis, regio Sauensis ac secundorum Pannoniorum loca obtenta sunt. *Marcomanni* & *Quadi*, de locis Valeria, quæ sunt inter Danubium & Drauum, pulsi sunt, & limes inter Romanos ac barbaros ab Augusta Vindelicūm per Noricum, Panno-
nias ac Mœsias, est constitutus. Traianus Dacos sub rege Decibalo vicit; & Daciam trans Danu-
bium in solo barbarico prouinciam fecit; quæ in circuitu decies centena millia passuum ha-
buit. sed sub Gallieno Imperatore amissa est; & per Aurelianum, translati exinde Romanis,
dux Daciæ in regionibus Mœsiae ac Dardaniae
factæ sunt. Prouincias habet *Illyricus* septem &
decem: Noricorum duas, Pannoniarum duas,
Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsiam Dacia-
rum duas. Et in dicitur Macedonia sunt septem;
Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri due, Preua-
lis & Creta. In Thracias Macedonici belli occa-
sione transcursum est. Sæuissimi omnium gen-
tium Thraces fuerunt. In Thraciaz regionibus
Scordisci habitauerunt, pariter crudeles & cal-
lidi, de quorum sequitia multa fabulosè memo-
riantur.

mantur, quod hostijs captiuorum dijs suis aliquando sitauerunt, atque sanguinem humanum in ossibus capitum potare sunt: soliti. Sæpe per eos Romanus est. cæsus exercitus. M. Didius vagantes Thracas repressit: M. Drusus intra fines proprios continuit: M. Minucius in Hebrei, suminis glacie vastauit: Per Appium, Claudium proconsulem, hi qui Rhodopen incolebant, virti sunt. Europa maritimæ urbes antea Romana classis obtinuit: M. Lucullus per Thracias cum Bessis, primus confixit; ipsamque caput gentis Thraciam vicit. Hemimontanos subegit: Eumolpiadam, quæ nunc Philippopolis dicitur; Vscudamam, quæ modò Adrianopolis nominatur, in ditionem nostram rededit; Calyben cepit. Supra Pontum positas ciuitates occupauit, Apolloniam, Callatim, Phthinopolim, Tomos, Istrum: ad Danubium usque perueniens, Romana Scythis arma monstrauit. In ditionem Reipub. sex Thraciarum prouinciarum sunt acquisitæ; Thracia, Haemimons, Mœsia inferior, Scythia, Rhodope, Europa; in qua nunc secundæ arces Romani orbis sunt constitutæ. Constantinopolis. Nec Eoas partes totumq; orientē, ac positas sub vicino sole prouincias, qui autores sceptris tuis parauerint, explicabo; quod studium clementiæ tuæ, quod in ijsdem propagandis habes, amplius excitetur. Asia societate Attali regis nota Romanis est; eamque Attali testamento relictam hereditario iure possidemus. Ne quid tamen populi Rom. non viribus partum haberet, armis per nos ab Antiocho Syriatum rege maximo est vindicata. Eadem occasione etiam Lydia, sedes antiqua regnorum,

Sextus Rufus.

Caria, Helleponus, ac Phrygia, in potestatem populi Romani, iuncta ditione peruererunt. Rhodijs & Insularum populis, primum infestissimis, post fidelissimis auxiliatoribus usi sumus. Ita Rhodus, & Insulae primum liberæ agebant: postea in consuetudinem parendi, Romanis clementer prouocantibus, peruererunt: & sub Vespasiano principe Insularum prouincia facta est. Pamphyliam, Lyciam, Phrygiam, Pisidiam, Cæriam, Isauriam Seruilius proconsul ad bellum piratarum missus, obtinuit. Birthyniam defuncti regis Nicomedis testamento sumus assequunti. Gallograciam, id est Gallatiam, (sunt enim, ut & nomen sonat, è Gallis Galatae) quod Antiocho contra Romanos auxilium prebuerissent, inuasimus. Manlius proconsul Galatas persecutus est; & confugientes partim in Olym- pum, partim in Magabam montem, qui nunc Modiacus dicitur, de arduis eos in plana detru- sit: victosque in perpetuam pacem redegit. Postea Galatiam Deiotarus Tetrarches nobis permittetibus tenuit. Ad extreum sub Octa- uiano Cæsare Augusto Galatia in formam pro- uinciarum redacta est. Eam primus Lollius pro- prætor administravit. Cappadoces primò socie- tam nostram sub Ariarathæ rege per legatos petiuerunt: posteaque Ariobarzanes rex Cap- padocum à Mithridate expulsus, Romanorum armis restitutus est; semperque in auxilia no- stra fuere Cappadoces; & ita maiestatem co- luere Romanam, ut in honorem Augusti Cæsa- ris Mazaca ciuitas Cappadocia maxima, Cæsa- rea nuncuparetur. Postremò quum sub Imper- ratore Claudio Cæsare Archelaus rex Cappa- docum

docum Romanam venisset, ibique diu detentus occubuisset, in prouincia speciem Cappadocia migravit. *T'oneus*, per Pompeium victo Mithridate rege Pontico, formam prouinciarum accepit. *Paphlagoniam* Pylæmenes rex amicus pop. Rom. tenuit. Sæpe ex ea pulsus, regno à nobis est restitutus: quo mortuo, prouincia Paphlagonibus imposita est. Ultra iuga Tauri montis, quemadmodum Romana perrexerit possessio, consequenti locorum magis quam temporum seruata digestione, monstrabitur. Antiochus Syriæ rex potentissimus, bellum formidabile populo Romano intulit. Trecenta millia armatorum habuit: falcatis etiā curribus ac elephantis aciem instruxit, à Scipione cōsule, fratre Scipionis Africani, in Asia apud Magnelā vinctus, pace accepta, intra Taurū montē regnare permisus est. Eius filij sub clientela populi Romani regnum Syriæ retinuerunt; quibus defunctis, Syriarum prouincijs potiti sumus. *Cilices & Isauros*, qui se piratis & prædonibus maritimis iunxerant, Seruilius proconsul ad prædonum bellum missus, subegit, & viā per Taurum montem primus instituit; isque de Cilicibus & Isauris triumphauit, atque *Isauricus* est cognominatus. *Cyprus*, famosa diuictijs, paupertatem populi Romani, ut occuparetur, sollicitauit. Eam rex foederatus Ptolemæus regebat: sed tanta fuit penuria rerarij Romani, & tam ingens fama opum Cypriarum, ut lege lata per P. Claudium trib. pl. Cyprus confiscari iubetur. Quo accepto nuntio, rex Cyprius venum sumpxit; quò vitam prius quam diuitias amitteret. Cato Cyprias opes Romanam nauibus

Sextus Rufus.

aduexit: ita ut ius eius insulæ auatius magis quām iustiū simus assecuti. Cyrenas cum ceteris ciuitatibus Libye Pentapolū, Ptolemæi antiquioris liberalitate accepimus. Libyam supremi Apionis regis arbitrio sumus assequuti. *Egyptus* omnīs, sub amicis regibus fuerat: sed vista cū Antonio Cleopatra, prouinciæ formā Octauiani Cæsarī. Augusti temporibus accepit: & primū apud Alexandrinos Cornelius Gallus Romanus iudex administravit. Per cōfinia Armeniarū primū sub L. Lucullo Romana trans Taurum signa trāsmissa sunt: Phylarchi Saracenorum in Ostroena superari cessere. In Mesopotamia ab eodem Lucullo Nisibis capta est. Postea per Pompeium eadem loca armis obtenta sunt. Syria Thœnices bello à Tigrame Armeniosum rege recepta est Arabes & Iudei in Palæstina victi sunt. Ad extremum sub Traiano principe, regi maioris Armenia diadema sublatum est: & per Traianum Armenia, Mesopotamia, Assyria & Arabia, prouinciæ factæ sunt; ac limes orientalis supra ripam fluminis Trigidis constitutus est. Sed Hadrianus, qui succedit Traiano, inuidens gloriæ Traiani, sponte sua Armeniam, Mesopotamiam & Assyriam reddidit: ac medium inter Persas & Romanos Eufratem esse voluit. Sed postea sub Antonini duobus, Marco & Vero, & Seuero Perrinace, exterrisque principibus Romanis, qui aduersus Parthos cūetu vario dimicauerunt, quater amissa, quater recepta Mesopotamia est. Ac Diocletiani temporibus, victis prima congreſſione Romanis, secundo autem cōflictu superato rege Narsiso, exortæ eius ac filiabus captis, & cum summa pudicitia

pudicitix custodia reseruatis, pace facta, Mesopotamia est restituta: & supra ripam Tigridis limes est reformatus; ita ut quinque gentium trans Tigridem constitutarum ditionem assequeremur: quæ conditio fœderis in tempus Diui Constantij conseruata durauit. Scio nunc, inclyte princeps, quò tua pergit intentio. Requiris profectò, quoties *Babylonia* & Romano-rum arma collata sint, & quibus vicibus sagittis pila contenderint. breuiter euentus enumerabo bellorum. Furto hostes in paucis inuenies esse letatos; vera autem virtute semper Romanos probabis exstisisse victores. Primùm à L. Sylla proconsule Arsaces rex Parthorum missa legatione amicitiam Pop. Rom. rogauit, ac meruit. L. Lucullus Mithridatem regno Ponti exutum ad Armeniam persequutus est. Tigranem Armeniorū regē cum VII. millibus CCCC. elibanariis, & centum viginti millibus sagittariorum, ipse cum XVII. millibus Romanorū vicit. Tigranocertam maximam Armenię ciuitatem expugnauit. Madenam optimam Armeniorum regionem obtinuit: per Melitenam ad Mesopotamiam descendit: Nisibim cum fratre regis cœpit. Tendere in Persas patatus, successorem accepit. Cn. Pompeius expertus felicitatis ad Mithridaticum bellum missus, Mithridatē in Armenia minore nocte aggressus, prælio superauit: cæsis duobus & quadraginta millibus hostium, castra eius inuasit. Mithridates enim cum uxore & duobus comitibus in Bosphorus fugit: ibi desperatione rerum, suarum, venenū haecisit. & quum parum ageret vis veneni, a iniuste suo ut fato persecutetur impetravit. Pompeius

peius auxiliatorem Mithridatis Tigranem Ar-
meniorum regem persequutus est; ille se ei ob-
lato diademate apud Artaxata dedidit. Rece-
ptæ sunt ab eo Mesopotamia, Syria, & aliquan-
ta pars Phœnices; atq; intra Armeniam maio-
rem regnare permisus est. Idē Pompeius Bos-
phoranis & Colchis Aristarchum regem impo-
suit: cum Albanis confixit. Oroësi Albanorum
regi ter victo pacem dedit. Iberiam cum Ar-
thoce rege in dditionem accepit. Saracenos &
Arabas vicit. Iudæa capta Hierosolymam obti-
nuit. Cum Persis fœdus fecit. Rediens, apud
Antiochiam, Daphnensem lucum, delectatus
loci amoenitate & aquarum abundantia, addi-
to nemore consecravit. M. Crassus contul ad-
uersus Parthos rebellaries missus est. Is cùm
pacè missa à Parthis legatione rogaretur, apud
Ctesiphontem responsurum se ait: apud Zeu-
mam traiecit Euphratem; & à transfuga quo-
dam Abgaro inductus, ad ignotam camporum
solitudinem descendit. ibi vndeque circumual-
lantibus sagittariorum agminibus cum Sillace
& Surena præfectis regiis, est cinctus exercitus,
& vi telorum obrutus. ipse Crassus quum ad
colloquiū sollicitatus viuus penè capi potuiss-
et, repugnantibus tribunis euaserat: & dum
fugam petit, occisus est. caput eius cum dexte-
ra manu resectum, ad regem perlatum est: atq;
italudibrio habitum, vt faucibus eius, aurum
liquefactum infunderetur: scilicet vt qui ar-
dens cupiditate prædandi pacem regi dare ro-
gatus abauerat, etiā mortui eius reliquias anti-
flamma combureret. L. Cassius questor Crassi,
vir strenuus, reliquias fusi collegit exercitus.

Contra

Contra Persas in Syriam irrumpentes, ter cum summa admiratione confixit, eosq; trans Euphratē redactos vastauit. Parthi Labieno duce (qui Pompeianarum partium fuerat, & victus ad Persas refugerat) in Syriam irruerunt, ac totam prouinciam occupauerunt. Sed P. Ventidius Bassius Parthos, qui ducente Labieno Syriam inuaserant, occurrentis in Tauto monte, cum paucis fugauit. Labienū occidit, persequutus est Parthos, & ad internectionem strauit: qua congressione Parthorum regis filium eadē die qua Crassus victus fuerat, occidit: ne aliquando Romani ducis mors inulta relinquetur. Ventidius de Parthis primus triumphauit. M. Antonius Mediam ingressus, quæ nunc Medena appellatur, bellum Parthis intulit, & primis eos præliis vicit. verūm post duabus legionibus amissis, cùm fame, pestilentia, tempestatibusque premeretur; vix per Armeniam Parthis insequentibus reuocauit exercitum; tanto per momenta temporum terrore percussus, ut à gladiatore suo percuti postularet, ne viuus veniret in hostium potestatem.

D E C O N S U L I B V S R O M A N I S E X
Eutropij Breuiario Romana Historia ad
Valentem Augustum.

Hinc CONSULES coepere pro uno rego-
duo hac causa creari; vt si unus malus esse
voluisse, alter eum, habens potestatē similem,
coerceret. Et placuit, ne imperium longius quā
annum vuim haberent: ne per diuturnitatem
potestatis insolentiores redderentur, sed ciui-
les semper essent qui se post annum scirent fa-
tuos esse priuatos. Fuerunt igitur anno primo,

expulsis regibus Coss. Lucius Iunius Brutus,
(qui maxime egerat ut Tarquinius pelleretur)
& Tarquinius Collatinus, maritus Lucretia.
sed Tarquinio Collatino statim sublata digni-
tas est, placuerat enim ne quisquam in urbe ma-
neret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo accepto
omni patrimonio suo, ex urbe migrauit: & loco
ipsius factus est Valerius Publicola Cos. Com-
mouit tamen bellum urbi Romæ rex Tarquinius,
qui fuerat expulsus: & collectis multis
gentibus, ut in regnum posset restitui, dimica-
uit. In prima pugna Brutus consul & Aruns
Tarquinij filius inuicem se occiderunt. Roma-
ni tamen ex ea pugna victores recesserunt. Bru-
tum Romanæ matronæ defensorem pudicitia-
sux, quasi communem patrem per annum lu-
xerunt. Valerius Publicola Spurium Lucretium
Tricipitinum collegam sibi fecit, Lucretia pa-
trem: quo, morbo mortuo, iterum Horatium
Puluillum collegam sibi sumpsit. Ita primus
annus quinq; cōsules habuit: cum Tarquinius
Collatinus urbe cessisset proprius nomen, Bru-
tus prælio perisset, Sp. Lucretius morbo mor-
tuus esset. Secundo quoque anno iterum Tar-
quinius, ut reciparetur in regnum, bellum Ro-
manis intulit, auxilium ei ferente Porsena Tu-
scix rege. & Romanum penè cepit. Verum tum
quoque vicitus est. Tertio anno post reges ex-
actos. Tarquinius cum suscipi non posset in re-
gnum neq; ei Porsena, qui pacem cum Roma-
nis fecerat, auxiliū præstaret. Tusculum se con-
ciliuit, quæ ciuitas non longe ab urbe est: atque
ibi per quatuordecim annos priuatus cum uxo-
re perleguit. Quarto anno post reges exactos,
cum

cum Sabini Romanis bellum intulissent, victi sunt; & de his est triumphatum. Quinto anno, Lucius Valerius ille Brutus collega. & IIII. consul, fataliter mortuus est; adeo pauper factus ut collatis à populo nummis sumptum habuerit sepulturæ; quem matronæ, sicut Brutum, annum luxerunt.

Nono anno post reges exactos, cum gener Tarquinij, ad iniuriam socii vindicandam ingentem collegisset exercitum, noua Romæ dignitas est creata; quæ DICTATURA appellatur, maior quam Consulatus. Eodem anno etiam MAGISTER EQUITVM factus est qui Dictatori obsequetur. neq; quidquam similius potest dici, quam dictatura antiqua huic imperij potestati, quam nunc tranquillitas vestra habet: maxime cum Augustus quoq; Octavianus, de quo postea dicemus; & ante eum Caius Cæsar sub dictaturæ nomine atque honore regnauerint. Dictator autem Romæ primus fuit Largius: magister equitum primus, Spurius Cassius.

Sexto decimo anno post reges exactos, seditionem populus Romæ fecit; tamquam à Senatu atq; Consulibus premeretur. Tum & ipse sibi TRIBVNOS PLEBIS, quasi proprios iudices & defensores, creauit, per quos contra Senatum & Consules tutus esse posset.

Sequestri anno V O L S C I contra Romanos bellum reparauerunt: & victi acie, etiam Coriolos ciuitatem, quam habebant opimiam, perdididerunt.

Ostauodecimo anno postquam reges electi erant, expulsas ex urbe Quiratus Marcius dux

Eunapines

A 8

Romanorum, qui Coriolos ceperat Volscorum ciuitatem, ad ipsos Volscos contendit iratus, & auxilia contra Romanos accepit, Romanos sepe vicit: vsq; ad quintum milliarium urbis accessit; oppugnaturus etiam patriam suam, legatis, qui pacem petebant, repudiatis; nisi ad eum mater Veturia & vxor Volumnia ex urbe venissent: quarum fletu & deprecatione superatus remouit exercitum. Atque hic secundus post Tarquinium fuit, qui dux contra patriam suam esse.

Cæsone Fabio & Tito Virginis C O S S. trecenti nobiles homines, qui ex Fabia familia erant, contra Veientes bellum soli suscepunt, promittentes senatui & populo per se omne certamen implendum. Itaq; profecti omnes nobiles, & qui singuli magnorum exercituū duces esse deberent, in prælio conciderunt. Vnus omnino superfuit ex tanta familia; qui propter etatem puerilem duci nō potuerat ad pugnam. Post hæc census in urbe habitus est, & inuenta sunt ciuium capitum C X I X. millia.

Sequenti anno, cùm in Algidio monte, ab urbe duodecimo fermè millario, Romanus ob sideretur exercitus, Lucius Quintius Cincinnatus Dictator est factus: qui agrum quatuor iugerum possidens, manibus suis colebat. Is, cùm in opere & arans esset inuentus, sudore deter so, togam prætextam accepit: & cæsis hostibus, liberavit exercitum.

Anno C C C. & altero ab urbe condita, imperium cōsulare cessauit; & pro duobus C O S S. decem facti sunt, qui summam potestatem habescant, D E C E M V I R I nominati: sed cùm primo

primo anno bene egissent, secundo vnuis ex iis Appius Claudius, Virginij cuiusdam, qui honestis iam stipendiis contra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem corrumpere voluit: quam pater occidit, ne stuprum à Decemviro sustineret: & regressus ad milites, mouit tumultum. Sublata est Decemviris potestas; ipsiisque damnati sunt.

Anno trecentesimo decimoquinto ab urbe condita, *Fidenates* contra Romanos rebellauerunt Auxilium praestabant his *Veientes*, & rex *Veientium* Tolumnius: quæ ambæ ciuitates tam vicinæ urbi sunt. ut *Fidenæ*, *VII. Veientes*, *XVIII. milliario* absint. Coniunxerunt se his & *Volsci*. sed M. Æmilio dictatore, & *Lucio Quintio Cincinnato* magistro equitū, vieti, etiā regem perdiderunt: *Fidenæ* captæ, & excisæ. Post *XX.* inde annos, *Veientani* rebellauerunt. Dictator contra ipsos missus est *Furius Camillus*: qui primùni eos vicit acie; mox etiam ciuitatem diu obsidens cepit antiquissimam, Italicizque; ditissimam. Post eam cepit & *Faliscos*, non minus nobilem ciuitatem. Sed commota est ei inuidia; quasi prædam male diuisisset: damnatusque; ob eam causam, & expulsus ciuitate est. Statim *Galli Senones* ad urbem venerunt; & viatos Romanos *XI. milliario* ab urbe Roma, apud flumen Alliam sequuti etiam urbem occipauerunt; neque; defendi quidquam nisi *Capitolium* potuit. quod cum diu obsedissent, & iam Romani fame laborarent à *Camillo*, qui in vicina ciuitate exsulabat, Gallis superuentum est, grauiissimeque; vieti sunt. postea tamen, accepto etiam auro, ne *Capitolium* obsiderent,

recesserunt: sed sequutus eos Camillus, ita cœ*c*.
dit, ut & aurum quod his datum fuerat, & o-
mnia quæ ceperant militaria signa, reuocaret.
Ita tertio triumphans, urbem ingessus est, &
appellatus SECUNDVS ROMVLVS;
quasi & ipse patriæ conditor.

EVTROPII BREVIARII LIBER II.



Nno CCCLXV ab urbe con-
dita, post captam autem primo,
dignitates mutatae sunt: & pro-
duobus COSS. facti TRIBV-
NI MILITARES, consulari
potestate. Hinc iam cœpit Romana res cresce-
re. Nam Camillus eo anno Volscorum ciuitatem,
qua per LXX. annos bellum gesserat, vicit;
& Equorum urbem, & Sutrinoru[m] atq[ue] omnes,
deletis eorum exercitibus, occupauit; & tres
simul triumphos egit.

Titus etiam Quintius Cincinnatus Præ-
stinos, qui usq[ue] ad urbis Romæ portas cum bel-
lo venerant, persequutus, ad flumen Alliam
vicit: & ciuitates que sub ipso aggreditur, Roma-
nis adiunxit: ipsum Prænestine aggressus, in de-
ditionem accepit: qua omnia ab eo gesta sunt
viginti diebus triumphusq[ue] ipsi decretus.

Verum dignitas TRIBVNORVM Mili-
TARIVM non diu perseverauit. Nam
post aliquantum nulos placuit fieri: & quadriennium ita in urbe fluxit, ut potestates ibi
maiores non essent. Resumperunt tamen tri-
buni militares consulari potestate iterum di-
gnitatem,

DE CONSULIB. ROMAN. 261
gnitatem. & triennio perseverauerunt. Rursus
C O S S. facti.

Lucio Genucio , & Quinto Servilio C O S S.
mortuus est Camillus : honor ei secundus post
Romulum delatus est.

Titus Quintius Dictator aduersus Gallos,
qui in Italianam venerant, missus est. Hi ab urbe
quarto milliario trans Anienem flum con-
sederant. Nobilissimus de senatoribus Titus
Manlius , prouocantem Gallum ad singulare
certamen. cōgressus occidit : & sublato torque
aureo, colloq; suo imposito, in perpetuum *Tor-
quari* sibi & posteris cognomen accepit. Galli
fugati sunt : mox per Caium Sulpitium Dicta-
torem etiam victi. Non multò pōst à Caio Mar-
cio *Tusci* victi sunt ; V I I. millia captiuorum ex
his in triumphum ducti.

Census iterum habitus est. Et cūm Latini
qui à Romanis subacti erant, milites p̄stante
nollent, ex Romanis tātū tyrones lecti sunt,
factæq; legiones decem ; qui modus sexaginta
vel amplius armatorum millia efficiebat. par-
vis adhuc Romanis rebus , tanta iamen in re
militari virtus erat. Qua cūm profectæ essent
aduersus Gallos duce Lucio Furio Camillo,
quidam ex Gallis vnum è Romanis , qui esset
optimus, prouocauit. tum se Marcus Valerius
tribunus militum obtulit : & cūm processisset
armatus, coruus ei supra dextrum brachium se-
dit. mox commissa aduersus Gallum pugna,
idem coruus alis & vnguis Galli oculos ver-
berauit, ne rectum posset aspicere : ita ut à tri-
buno Valerio interfactus , nō solūm victoriā
ei, sed etiam nomēa dederit. nam postea idem

Coruinus est dictus. ac propter hoc meritum, annorum trium & viginti, C O S. est factus.

Latini qui noluerunt milites dare, hoc quoque à Romanis exigere cœperunt, ut vñus Consul, ex eorum; alter, ex Romanorum populo crearetur. Quod cùm esset negatum, bellum contra eos suscepit est, & ingenti pugna superati sunt. ac de his perdomitis triumphatum est. Statuæ C O S S. ob meritum victoriæ in rostris positæ sunt.

Iam Romani potētes esse cœperunt. bellum enim in centesimo & tricesimo ferè milliario ab urbe apud *Samnites* gerebatur, q̄ medij sunt inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. L. Papirius Cursor cum honore dictatoris ad id bellum profectus est: qui, cùm Romam rediisset, Q. Fabio Maximo, magistro equitum, quem apud exercitum reliquit, præcepit, ne se absente pugnaret. Ille, occasione reperta, felicissimè dimicauit, & Samnites deleuit. ob quam rem à dictatore capit is damnatus, quòd se vetante pugnasset, ingenti fauore militum & populi liberatus est: tanta Papirio seditione commota, ut penè ipse interficeretur. Postea Samnites, Romanos, Tito Veturio & Spurio Posthumio C O S S. ingenti dedecore vicerunt, & sub iugum miserunt. Pax tamen à senatu & populo soluta est, quæ cum ipsis propter necessitatem facta fuerat. Postea Samnites victi sunt à L. Papirio consule: septem millia eorum sub iugum missa. Papirius de Samnitibus triumphauit. Eo tempore Appius Claudius Censor aquæ Claudiæ induxit, & viam Appiam stravit. Samnites reparato bello, Q. Fabium Maximum vice-

sunt,

sunt, tribus millibus hominum occisis. Postea cùm pater ei Fabius Maximus legatus datus fuisset, & Samnites vicit, & pluriina eorum oppida cepit. Deinde P. Cornelius Rufinus, Manius Curius Dentatus, ambo COSS. contra Samnites missi, ingentibus præliis eos confecere. Tum bellum cum Samnitibus per annos nouem & X Lactum sustulerunt. neq; illus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigauerit.

Interiectis aliquot annis, iterum se Gallorū copiæ contra Romanos Tuscis Samnitibusque iunxerunt: sed cùm Romam tenderent, à Cn. Cornelio Dolabella COS. deletæ sunt.

Eodem tempore Tarentini, qui iam in ultima Italia sunt, bellum indictum est; quia legatis Romanorum iniuriam fecissent. Hi Pyrrhum Epipi regem contra Romanos in auxilium poscerunt; qui ex genere Achillis originem trahebat. is mox ad Italiam venit. Tumq; primùm Romani cum *transmarino hoste* dimicauerunt. Missus est contra eum consul P. Valerius Lætinus: qui cùm exploratores Pyrrhi cepisset, iussit eos per castra duci, ostendi omnem exercitum, tumq; dimitti, ut renuntiarent Pyrrho, quæcumque à Romanis agerentur. Commissa mox pugna, cùm iam Pyrrhus fugeret, elephantes auxilio vicit: quos incognitos Romanii expauerunt. sed nox prælio finem dedit. Lætinus tamē per noctem fugit, Pyrrhus Romanos mille octingentos cepit. eosque summo honore tractauit; occisos sepelivit. quos cùm adverso vulnere & truci vultu, etiam mortuos iacere vidisset, tulisse ad cœlum manus dicitur,

Enim quis

cum hac voce; Se totius orbis dominum esse potuisse si tales sibi milites contigissent.

Postea Pyrrhus iunctis sibi Samnitibus, Lucanis, Brutiisq; Romam perrexit, omnia ferro igneq; vastauit. Campaniam depopulatus est; atq; ad Præneste venit, millario ab urbe octauodecimo. Mox terrore exercitus, qui cum cum Consule sequebatur, in Campaniam se recepit. Legati ad Pyrrhū de redimendis captiuis missi, ab eo honcrificè suscepti sunt. captiuos sine pretio Romanū misit. Vnum ex legatis Romanorū Fabriciū sic admiratus est, ut cùm eum pauperem esse cognouisset, quarta parte regni promissa, sollicitare voluerit, ut ad se transiret & contemptusq; à Fabricio est. Quare cùm Pyrrhus ingenti Romanorum admiratione teneatur, legatum misit, qui pacem aquis conditionibus peteret, præcipuum virum Cineam nomine; ita vt Pyrrhus partem Italie, quam iam armis occupauerat, obtineret. Pax disipli-
cuit, remādatumq; Pyrro à Senatu est cum cū Romanis, nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse. Tum Romani iusserunt captiuos omnes, quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, qui se armis defendere potuissent; nec antē eos ad veterem statum reuerti, quām ubi notorum hostium occisorū spolia retulissent. Ita legatus Pyrrhi reuersus est, à quo cùm quæseret Pyrrhus, qualem Romanū compriisset, Cineas dixit regum se patriam vidisse; scilicet tales illic fore omnes, qualis unus Pyrrhus apud Epirum & reliquam Græciam putaretur. Missi sunt contra Pyrrhum duces P. Sulpitius, & De- cius Mus C O S S. Certamine cōmisso, Pyrrhus vulne-

Vulneratus est, elephanti interfecti, XX. millia cæsa hostium; & ex Romanis tantum quinque millia. Pyrrhus Tarentum fugatus. Interiecto anno, contra Pyrrhum Fabricius est missus; qui prius inter legatos sollicitari nō poterat, quarta parte regni promisla. Tum, cùm vicina castra ipse & rex haberent, medicus Pyrchi ad eum nocte venit, promittens veneno Pyrrhum occidurum, si sibi aliquid polliceretur; quem Fabricius vincatum reduci iussit ad dominum, Pyrrhoq; diei, quæ contra caput eius medicus spopondisset. Tunc rex admiratus eum dixisse fertur; *Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate quam Sol à cursu suo auerti potest.* Tum rex in Siciliam profectus est. Fabricius, victis Sannitibus & Lucanis, triumphauit. C O S S. deinde Manius, Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus, aduersum Pyrrhum missi sunt. & Curius contra eum pugnauit, exercitum eius cæcidit, ipsum Tarentum fugauit, castra cepit. Ea die cæsa tum hostium XXXIII. millia. Curius Dentatus in consulatu triumphauit. Primus Romā elephantos quatuor duxit. Pyrrhus etiā à Tarento mox recessit, & apud Argos Græciz ciuitatem occisus est.

Caio Fabricio Luscino, C. Claudio Cinna C O S S. anno urbis conditæ CCCXI. legati Alexandrini a Ptolemeo missi Romam venerè; & à Romanis amicitiam, quam petierant obtinuerunt.

Quintio Gulone, C. Fabio Pictore C O S S. Pientes, bellum commouere; & ab insequentibus C O S S. Publio Sempronio, Appio Claudio, victi sunt: & de his triumphatum est. Com. Entropius

dix à Romanis ciuitates; Ariminum in Galia, & Beneuentum in Samnio.

Marco Attilio Regulo, Lucio Junio Libone
C O S S. *Salentini* in Apulia bellum indictum
est: captiq; sunt cum ciuitate simul Brundusi-
ni, & de his iterum triumphatum est.

Anno CCCCCL XXVII. cùm iam clarum
vrbis Romæ nomen esset, arma tamē extra Ita-
liam mota non fuerant. Ut igitur cognoscero-
tur, quæ copiæ Romanorum essent, census est
habitus: inuēta sunt ciuium capita CCCXCI.
millia, CCCXXXIII. quamquam à cōdita
vrbē numquam bella cessassent. Et contra Afros
bellum susceptū est primum, Appio Claudio,
Quinto Fulvio C O S S. In Sicilia contra eos
pugnatum est; & Appius Claudius de Afris &
rege Siciliæ Hierone triumphauit.

In sequenti anno, Valerio Marco & Octaci-
lio C O S S. in Sicilia à Romanis res magna ge-
stæ sunt: Taurominitani, Caranenses, & præterea
quinquaginta ciuitates, in fidem acceptæ sunt.
Tertio anno in Sicilia contra Hieronem regem
Siculorum bellum paratum est. Is cum omni
nobilitate Syraeusanorum pacem à Romanis
impertravit, deditq; argenti talenta ducenta.
Afri in Sicilia victi sunt, & de his secundò Rq.
mæ triumphatum est.

Quinto anno belli Punici, quod cōtra Afros
gerebatur, primum Romani Caio Duillio &
Cnao Cornelio Asina C O S S in mari dimica-
uerūt, paratis nauib. rostratis, quas *Liburnas* vo-
eant. Consul Cornelius fraude deceptus est.
Duillius, commissio prælio, Carthaginensium
ducem vicit, XXXI. naues cepit, quatuorde-

cim mersit, septem millia hostium cepit, tria millia occidit: neq; villa vistoria Romanis gratior suit, quod in iusta terra iam etiam mari plus rimam possent. Caio Aquilio Floro Lucio Scipione COSS. Scipio Corsicam & Sardiniam vicit: multa millia inde captiuorum abduxit, triumphauit.

L. Manlio Volsone. M. Attilio Regule COSS. bellum in Africam translatum est: contra Hamilcarem Carthaginensium ducem, in mari pugnatui, vicitusq; est. nam perditis LX II II. nauibus, retro se recepit: Romani X XII. amiserunt, sed cum in Africam transissent, primam Cypream Africæ ciuitatem in deditioinem acceperunt. Consules vsq; ad Carthaginem processerunt; multisque vastatis oppidis, Manlius vitor Romani rediit, & XXVII. millia captiuorum reduxit. Attilius Regulus in Africa remansit. Is contra Afros aciem instruxit; contra tres Carthaginiensium duces dimicans, vitor fuit: XVII. millia hostium excidit, quinque millia cum VI. elephantis cepit: septuaginta tres ciuitates in fidem accepit. Tum victi Carthaginenses, pacem à Romanis petierunt, quamcum Regulus nollet nisi durissimis conditionibus dare, Afri auxilium à Lacedæmoniis petierunt: & duce Xanthippo, qui à Lacedæmoniis missus fuerat, Romanorū dux Regulus vicitus est ultima pernicie. nam duo millia hominum tantum ex omni Romano exercitu remanerunt, quiadecim millia cum imperatore Regulo capta sunt, XX. millia occisa; Regulus ipse in catenas coniectus.

M. Aemilio Paulo, Servio Fulvio Nobiliore
Entrapitus

COSS. ambo Romani consules ad Africam profecti sunt, cum trecentarum nauium classem; primū Afros nauali certamine superant. **A**enilius consul centum & quatuor naues hostiū demersit, triginta cum pugnatoribus cepit; quindecim millia hostium aut occidit, aut ceperit; militem suum ingenti præda ditauit. Et subacta Africa tum fuisse, nisi quod tanta fama erat, ut diutius exspectare exercitus non posset. Consules cum victrice classe redeuntes, circa Siciliam naufragium passi sunt: & tanta tempestas fuit, ut ex quadringentis sexaginta quatuor nauibus, octoginta seruari vix potuerint. Neque ullo tempore tanta maritima tempestas audita est. Romani tamen statim ducenter naues reparauerunt, neque in aliquo animus his infractus fuit.

Cnxus Seruilius Cepio, & C. Sempronius Blaxsus COSS. cum ducentis sexaginta nauibus ad Africam profecti sunt: aliquot ciuitates ceperunt: prædam ingentem reducentes, naufragium passi sunt. Itaque cum continua calamitates Romanis displicerent, decreuit Senatus, ut à maritimis præliis recederetur, & tandem sexaginta naues ad præsidium Italiam salutem essent.

Lucio Cæcilio Metello, Caio Furio Pacilo COSS. Metellus in Sicilia Afrorum ducem cum CX X X. elephantis, & magnis copiis venientem superauit. X X. millia hostium cæcidit, sex & X X. elephatos cepit, reliquos errantes per Numidas, quos in auxilium habebat, collegit, & Rōmam deduxit ingenti pompa; cum CX X X. elephatorum numerus omnia itinera compleseret.

compleret. Post hæc mala Carthaginenses Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romanam proficisceretur, & pacem à Romanis obtineret, ac permutationē captiuorum ficeret. Ille Romam cùm venisset, inductus in Senatū, nihil quasi Romanus egit; dixitq; se ex illa die qua in potestatem Afrorum vénisset, Romanum esse desuisse. itaq; & vxorem à complexu remouit, & Romanis suasit ne pax cum Pœnis fieret. Illos enim, fractos tot casibus, spem nullam habere; se tanti non esse, vt tot millia captiuorum propter vnum se, & senem, & paucos qui ex Romanis capti fuerant, redderentur. Itaque obtinuit, nam Afros pacem petentes nullus admisit. ipse Carthaginem rediit; offertibusq; Romanis, vt cum Romæ tenerent, negauit se in ea vrbe mansurum, in qua, postquam Afri seruierat, dignitatem honesti ciuiis habere nō posset. Regressus igitur ad Africam, omnibus suppliciis extinctus est. P. Claudio Pulchro, C. Iunio C O S S. Claudius contra auspicia pugnauit, & à Carthaginensibus victus est. Nam ex ducentis & viginti nauibus, cum triginta fugit: X C. cum pugnatoribus captæ sunt, demersæ ceteræ, viginti millia capta. Alius quoq; cōsul classem naufragio amisit, exercitū tamen saluum habuit; quia vicina littora erāt.

Caio Luctatio Catulo, Aulo Posthumio Albinio C O S S. anno belli Punici XXII. Catulo bellum contra Afros commissum est. Profectus est cum CCC. nauibus in Siciliam. Afri contra ipsum CCC. parauerunt. Luctatius Catulus nauem æger ascēdit: vulneratus enim in pugna superiore fuerat. Contra Lilybæum.

civitatem Siciliæ pugnatum est ingenti virtute Romanorum. nam LXXXIII. Carthaginensium naues captæ sunt, CXCV. demersæ; XXXII. millia hostium capta, XIII. occisa: infinitum auri argentiq; pondus in potestatem Romanorum redactum. Ex classe Romana duodecim naues demersæ. pugnatum est V. idus Martias, statim Carthaginenses pacem petierunt: tributaq; iis pax: capriui Romanorum, qui tenebantur à Carthaginensibus, redditi sunt. Etiam Carthaginenses petierunt, ut redimi eos captivos liceret, quos ex Afris Romani tenebant. Senatus iussit sine pretio dari eos qui in publica custodia essent: qui autem à priuatis tenerentur, ut pretio dominis reddito, Carthaginem redirent; atque id pretium ex fisco magis quam à Carthaginensibus solueretur.

Quintus Lucretius, Aulus Manlius, C O S S. creati bellum Faliscis intulerunt: quæ civitas Italæ opulenta quondam fuit: quod ambo C O S S. intra sex dies quam venerant, transferuerunt. X V. millibus hostium cæsis, cæteris pace concessa; agro tamen ex medietate sublato.

E V T R O P I I B R E V I A R. I I L I B E R . I I I .



Inito igitur Punico bello, quod per XXII. annos contractum est, Romani iam clarissima gloria noti, legatos ad Ptolemaum Ægypti regem miserunt; auxilia promittere, quia rex Syriae Antiochus ei bellum intulerat. Ille gratias Romanis egit, auxilia non acce-

acepit: iam enim fuerat pugna transacta. Eodem tempore potentissimus rex Siciliæ Hiero, Romam venit ad ludos spectandos; & ducenta milia modiorum tritici populo dono dedit.

L. Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco C O S S. quibus Hiero Romam venerat, etiam contra Ligures intra Italiam bellum gestum est, & de his triumphatum. Carthaginenses tum bella reparare tentabant, Sardienses, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant, ad rebellandum impellentes. Venit tamen legatio Carthaginem Romam, & pacem impetravit.

Tito Manlio Torquato, Caio Attilio Balbo C O S S. de Sardis triumphatum est: & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt. quod his post Romam cōditam semel tantum Numa Pompilio regnante contigerat.

Lucius Posthumius Albinus, Cnaeus lulius Centumalus C O S S. bellum cōtra Illyrios gestarunt: & multis ciuitatibus captis, etiam reges in ditionem acceperunt; actum primum de Illyriis triumphatum est.

Lucio Æmilio C O S. ingentes Gallorum copias Alpes transierunt: sed pro Romanis tota Italia consensit; traditumq; est Fabio historico, qui ei bello interfuit, D C C C. millia hominum parata ad id bellū fuisse: sed res per C O S. tantum prospere gesta est. X L. millia hostium interfecta sunt & triumphus Æmilio secretus.

Aliquot deinde annis post contra Gallos intra Italiam pugnatum est. finitumque est bellum Marco Claudio Marcello, Cnæo Cornelio Scipione C O S S. Tunc Marcellus cum parta manu equitum dimicauit, & regem Gallorum,

Viridomarum nomine, manu sua occidit. Postea cum collega suo ingentes copias Gallorum peremit; Mediolanum expugnauit; grandem prædā Romā pertulit: ac triumphans Marellus spolia Galli stipiti imposita humeris suis vexit.

M. Minucio, P. Cornelio COSS. Istru bellum illatum est: quia latrocinati naues Romanorū fuerant; quæ frumenta exhibebant: perdomitiq; sunt omnes. Eodem año BELLVM PVNICVM SECUNDVM Romanis illatum est per Annibalem Carthaginem ducem: qui Saguntum Hispaniæ ciuitatem, Romanis amicam, oppugnare aggressus est, agens vicesimum ætatis annum; copiis congregatis. CL. millibus peditum, & XX. millibus equitum. Huic Romani per legatos denuntianerunt, vt bello abstineret. Is legatos admittere noluit. Romani etiam Carthaginem miserunt, vt mandaretur Annibali, ne bellum contra socios populi Romani gereret, sed dura respōsa à Carthaginibus reddita. Saguntini interea fame victi sunt; captiq; ab Annibale, vltimis pœnis afficiuntur. Tum Publius Cornelius Scipio cum exercitu in Hispaniam profectus est, Tiberius Sempronius in Siciliam: bellum Carthaginibus indictum est. Annibal, relicto in Hispania fratre Asdrubale Pyrenæum transit; Alpes, adhuc in ea parte inuias, sibi patefecit. Traditur ad Italiam LXX. X. millia peditum, & XX. millia equitum, septem & triginta elephantes adduxisse. Interea multi Ligures & Galli Annibali se iunxerunt. Sempronius Gracchus, cognito. ad Italiam Antibalis aduentus Sicilia exercitus. Ariminum trajecit. Publius Cornelius Scipio.

Scipio Annibali primus occurrit : commisso
prælio fugatis suis, ipse vulneratus in castra re-
diit. Sempronius Gracchus & ipse confixit a-
pud Trebiam amnem. is quoq; vincitur. Anni-
bali multi se in Italia dediderunt. Inde ad Tu-
sciam veniens Annibal, Flaminio consuli oc-
currit; ipsum Flaminium interemit: Romanor-
um vigintiquinq; millia cæsa sunt ; cæteri dif-
fugerunt. Missus aduersus Annibalem postea à
Romanis Quintus Fabius Maximus. Is eum,
differendo pugnam, ab impetu fregit : mox in-
uenta occasione vicit.

Quingentesimo & quadragesimo anno à cō-
ditâ vrbe, Lucius Æmilius, P. Terentius Varro,
contra Annibalem mituntur, Fabioq; succe-
dūt : qui Fabius ambos C O S S. monuit, vt An-
nibalem callidum & impatientem ducem non
aliter vincent, quām prælium differendo. ve-
rū cum impatientia Varronis C O S. contra-
dicente consule altero, apud vicum qui Cannæ
appellatur, in Apulia pugnatum esset, ambo
C O S S. ab Annibale vincuntur. In ea pugna
tria millia Afrorum pereunt, magna pars de e-
xercitu Annibalis sauciatur : nullo tamen Pa-
nico bello Romani grauius accepti sunt. periit
enim in eo Æmilius Paulus consul. Consulares
& Prætorij, X X. Senatores capti aut occisi, XXX.
nobiliores viri, C C C. militum X L. millia ; e-
quitum tria millia & quingenti. in quibus ma-
lis nemo tamen Romanorum pacis mentionē
habere dignatus est. Serui, quod numquam an-
tè, manumissi, & milites facti sunt. Post eam
pugnam multæ Italiz ciuitates quæ Romanis
paruerant, se ad Annibalem transtulerunt. An-

Annibal Romanis obtulit, ut captiuos redimeret: responsumq; est à Senatu, eos ciues nō esse necessarios, qui, cùm armati essent, capi potuisset. Ille omnes postea variis suppliciis interfecit; & tres modios aureorum annulorum Carthaginem misit; quos ē manibus equitum Romanorum, Senatorum, & militum, detraxerat. Inter ea in Hispania, ubi frater Annibalis Asdrubal remanserat cum magno exercitu, ut eam totam Afris subigeret, à duobus Scipionibus Romanis ducibus vincitur; perditq; in pugna XXXV. millia hominum. ex his capiuntur X. millia, occiduntur XXV. Mittuntur ei à Carthaginensibus ad reparandas vires XI. millia peditum, IIII. millia equitum XX. elephanti.

Anno quarto postquam in Italiam Annibal venit, Marcus Claudius Marcellus C O S. apud Nolam ciuitatem Campaniae contra Annibalem bene pugnauit. Annibal multas ciuitates Romanorū per Apuliam, Calabriam, & Brutios occupauit: quo tempore etiam rex Macedoniz Philippus ad eum legatos misit, promittens auxilia cōtra Romanos; sub hac cōditione, ut deletis Romanis, ipse quoq; contra Graecos ab Annibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, & re cognita, Romanis in Macedonia Marcum Valerium Iæuinum ire iusserrunt; in Sardiniam Titum Manlium Torquatum proconsulem: nam etiam ea follicitata ab Annibale, Romanos deseruerat. Ita uno tēpore quatuor locis pugnabatur; in Italia, cōtra Annibalem; in Hispania, contra fratrem eius Asdrubalem; in Macedonia, contra Philippum; in Sardinia contra Sardos, & alterum Asdruba-

leum Carthaginēsem. Is à Tito Manlio proconsule, qui ad Sardiniam missus fuerat, viuus est captus; occisa cum eo X I L. millia; capti mille quingēti; & à Romanis Sardinia subacta. Manlius victor captiuos & Asdrubalē Romā reportauit. Interea etiam Philippus à Læuino in Macedonia vincitur, & in Hispania à Scipionibus Asdrubal, & Mago terrius frater Annibalis.

Decimo anno postquam Annibal in Italiam venerat, P. Sulpitio, Cnēo Fuluio C O S S. Annibal vsq; ad quartum milliarium urbis accessit, equites eius vsq; ad portas. mox cōsulū mezu, cum exercitu venientium, Annibal ad Campaniam se recepit. In Hispania à fratre Asdrubale ambo Scipiones, qui per multos annos viatores fuerant, interficiuntur: exercitus tamen integer remansit: casu enim magis quam virtute erant decepti quo tempore etiam à consule Marcello Siciliæ magna pars capta est, quam tenere Afri cœperant: & nobilissima ex urbe Syracusana p̄cēda ingens Romā perlata est. Læuinus in Macedonia cum Philippo & multis Græciæ populis, & rege Asix Attalo, amicitiam fecit: & ad Siciliā profectus, Annonem quendam Afrorum ducem apud Agrigentum ciuitatem cum ipso oppido cepit, eumque Romanam cum captiuis nobilibus misit; X L. ciuitates in ditionem accepit. XX V I. expugnauit. ita omni Sicilia recepta, Macedonia fracta, cum ingenti gloria Romanam regressus est. Annibal in Italia Cnēum Fulujum consulem subito aggressus, cū octo millibus hominum interfecit. Interea ad Hispanias, ubi occisis duob. Scipionibus nullus Romanus dux etat,

Publius Correlius Scipio mittitur, filius Publis Scipionis, qui ibidem bellum gesserat, annos natus quatuor & XX. vir Romanorum omniū & sua aetate, & posteriori tempore ferè primus. Is Carthaginem Hispaniaz capit; in qua omne aurum & argentum, & belli apparatus Afri habebant: nobilissimos quoque obsides, quos ab Hispanis acceperat: Magonem etiam fratre Annibaloris ibidem capit; quem Romanum cum aliis mittit. Romæ ingēs laxitia post hunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus reddidit. quare omnes ferè Hispani ad eum uno animo transierunt. Post quæ Asdrubalem Annibaloris fratrem, victum fugat, & prædam maximam capit.

Interea in Italia C O S. Q. Fabius Maximus Tarentum recepit; in qua ingentes copiæ Annibaloris erant: & ibi etiam ducem Annibaloris Carthalonem occidit, XXV. millia captiuoru vendidit; prædam militibus dispertivit, pecuniam hominum venditorum ad fiscum retulit. Tum multe ciuitates Romanorum, quæ ad Annibalem transierant prius, rursus se Fabio Maximo reddiderunt. In sequenti anno Scipio in Hispania egregias res egit. & per se, & per fratrem suum Lucium Scipionem; LX. ciuitates recepit. In Italia tamen male pugnatum est. Nam Claudius Marcellus C O S. ab Annibale occisus est.

Tertio anno postquam Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, rursus res inclytas gerit: regem Hispaniarum magno prælio victum, in amicitiam accepit, & primus omnium à victo obsides non poposcit.

Desperane

Desperans Annibal Hispanias cōtra Scipionem diutius posse retineri, fratrem suum Afrubalem ad Italiam cum omnibus copiis euocauit Is veniens eodem itinere quo etiam Annibal venerat, à consulibus Appio Claudio Neronne, & Marco Liui Salinatore, apud Senam Piceni ciuitatem, iu insidias cōpositas incidit: strenue tamen pugnans occisus est; ingentes eius copię captae aut imperfectae sunt; magnum pondus autem atq; argenti Romam relatum. Post hanc Annibal diffidere iam de belli cōspit euentu, & Romanis ingens animus accessit. Itaque & ipsi euocauerunt ex Hispania Publum Cornelium Scipionem. Is Romam cum ingenti gloria venit.

Quinto Cæcilio, Lucio Valerio coss. omnes ciuitates quæ in Brutiis ab Annibale tenebantur, Romanis se tradiderunt.

Anno X I I I. postquam in Italiam Annibal venerat, Scipio, qui multa bene in Hispania egerat, consul est factus, & in Africam missus: cui viro diuinum quiddam inesse existimabatur; adeo ut putaretur etiam cum numinibus habere sermonē. Is in Africa contra Annone in ducem Afrorum pugnat, exercitum eius interficit. Secundo prælio castra cepit, cum quatuor millibus & quingentis militibus; XI. millibus occisis. Syphacem Numidæ regem, qui se Afri cōiunxerat, capit, & castra eius inuadit. Syphax cum nobilissimis Numidis, & infinitis spoliis, ab Scipione Romam mittitur. qua re audita. omnis ferè Italia Annibalem deserit; ipse à Carthaginensibus in Africam redire iubetur, quam Scipio vastabat.

Ita anno XVII. ab Annibale Italia liberata est: quam scens dicitur reliquisse. Legati Carthaginensium pacem à Scipione petierunt: ab eo ad Senatum Romanum missi sunt: XLV. dies his inducere datæ sunt, quo usque Romanum ire & regredi possent: XXX. millia pondo argenti ab his accepta sunt. Senatus ex arbitrio Scipionis pacem iussit cum Carthaginēsibus fieri. Scipio his conditionibus dedit, ne amplius quam XX. naues haberet, quingenta millia pondo argenti darent, captiuos & perfugas redderent.

Interim Annibale veniente ad Africam, pax turbata est, multa hostilia ab Afris facta sunt: legati tamē eorum ex urbe venientes, à Romanis capti sunt, & iubente Scipione dimissi. Annibal quoq; frequentibus præliis vixus à Scipione, petit etiam ipse pacem. Cū ventum esset ad colloquium, iisdem cōditionibns data est, quibus prius: addita quingentis millibus pondo argenti. C. millia librarum propter nouam perfidiam Carthaginensibus conditiones displicuerunt, iusseruntq; Annibalem pugnare. Infertur à Scipione, & Masinissa, alio rege Numidarum, qui amicitiam cum Scipione fecerat, Carthagini bellum. Annibal tres exploratores ad Scipionis castra misit: quos captos Scipio circumduci per casta iussit, ostendiique eis totum exercitum; mox etiam prandium dari, dimittiq; , ut renuntiarent Annibili quæ apud Romanos vidissent. Interea prælum ab utroq; duce instructum est, quale vix vlla memoria fuit; quum peritissimi viri copias suas ad bellū educerent. Scipio vīctor recedit, penè ipso Annibale capto: qui primum cum multis equiti-
bus,

bus, deinde cum XX. postremò cum quatuor-
euasit. Inuēta in castris Annibal's argenti pon-
do XX. millia, auri octingenta, cætera suppeli-
lestili copiosa. Post id certamen pax cum Car-
ginensibus facta est. Scipio Romanum rediit, &
ingenti gloria triumphauit, atque *Africanus* ex
eo appellari cœptus est. Finem accepit secun-
dum Punicum bellum, post annū nonū
decimum quām cœperat.

EVTR OPII BREVIARII

L I B E R I I I I L.

 Ransacto Punico bello, sequutū
est Macedonicum cōtra Philippum
regem.

Quingentesimo & quinquage-
simo primo anno ab urbe condi-
ta, T. Quintius Flamininus aduersus Philippū
regem mittitur: prospere gessit: pax ei data est
his legibus, ne Græciæ ciuitatibus, quas Roma-
ni contra eum defendenter, bellum inferret, ut
captiuos & transfugas redderet; quinquaginta
solūni naues haberet, reliquas Romanis red-
deret: per annos decem quaterna millia pon-
do argenti præstaret; & obsidem daret filium
suum Demetrium. T. Quintius etiam Lacedæ-
moniis intulit bellum; ducem eorum Nabidē
vicit; & quibus voluit conditionibus, in fidem
accepit: ingenti gloria duxit ante cutrum no-
bilissimos obsides, Demetriū Philippi filium;
& Armenem Nabidis.

Transacto bello Macedonico, sequuntum est
Syriacum contra Antiochum regem, P. Cor-
Eutropius

nelio Scipione, M. Acilio Glabrone COSS.. Huic Antiocho Annibal se iunxerat ; Carthaginem patriam suam metu ne Romanis tradetur, relinquens. M. Acilius Glabrio in Achaia pugnauit bene. Castra regis Antiochi nocturna pugna capta sunt ; ipse fugatur. Philippo, quia contra Antiochum Romanis auxilio fuisset, filius Demetrius redditus est.

L. Cornelio Scipione, C. Lælio COSS. Scipio Africanus fratri suo L. Cornelio Scipioni consuli, legatus contra Antiochum profectus est. Annibal, qui cum Antiocho erat, nauali prælio victus est. Ipse postea Antiochus, circa Sipylum & Magnesiam Asiam ciuitatem, à COSS. Cornelio Scipione ingenti prælio fufus est. Auxilio fuit Romanis in ea pugna Eumenes, Attali regis frater, qui Eumeniam in Phrygia condidit. quinquaginta millia peditum. IIII. millia equitū eo certamine ex parte regis occisa sunt. Tum rex Antiochus pacem petit : quæ iisdem conditionibus datur à Senatu, quamquam vieto, quibus antè offerebatur ; ut ex Europa & Asia recederet, atq; intra Taurum se cōtineret ; X. millia talentorum, & XX. obsides præberet ; Annibalem concitatorē belli dederet. Eumeni regi donatae sunt à Senatu omnes Asiam ciuitates, quas Antiochus bello perdidera : & Rhodiis, qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant, multæ urbes concessæ sunt. Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphauit : nomen & ipse, ad imitationem fratris, Afratī accepit, quia Asiam vicerat : sicuti frater ipsius propter Africam domitam, Africanus appellabatur.

Spurio Posthumio Albino, Q. Marcio Philippo C O S S. M. Fuluius de ~~Etois~~ triumphauit. Annibal, qui victo Antiocho, ne Romanis traduceretur, ad Prusiam Bithyniæ regem fugerat, repetitus etiam ab eo est per Titum Quintium Flamininum: & cum tradendus esset Romanis, venenum bibit, & apud Libyssam in finibus Nicomediensium sepultus est.

Philippo rege Macedoniæ mortuo, qui & aduersum Romanos bellum gesserat, & postea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat, filius eius Perseus in Macedonia rebellauit, ingentibus copiis ad bellum paratis. Nam adiutores habebat Cotyn Thraciæ regem; Illyrici regem, Gentium nomine. Romanis autem in auxilium erant Eumenes Asiæ rex, Ariarathes Cappadociæ, Antiochus Syriæ, Ptolemaeus Ægypti, Masinissa Numidiæ. Prusias autem rex Bithyniæ, quamquam sororem Persei uxorem haberet, utrisq; se æquum præbuit. Dux Romanorum P. Licinius C O S. est à rege graui prælio victus: neq; tamen Romani, quamquam superati, regi petenti pacem præstare voluerunt; nisi his conditionibus; vt se & suos Senatui & populo Romano dederet. Mox missus contra eum Lucius Æmilius Paulus C O S. & in Illyricum. C. Anicius prætor contra Gentium. sed Gentius facile uno prælio victus, mox se dedidit. Mater eius & uxor, & duo filii, frater quoque eius, simul in potestatem Romanorum venerunt. Ita bello intra dies X X X. perfecto, antè cognitum est Gentium victum, quam cœptum bellum nuntiaretur.

Cum Perseo, autem Æmilius Paulus C O S.
Europis.

tertio nonas Septembris dimicauit; vicitque eum, X X. millibus peditum eius occisis: equitatus cum rege fugit integer, Romanorum C. milites amissi sunt: vrbes Macedoniæ omnes quas rex tenuerat, Romanis se dedidetunt. ipse rex, cùm desereretur ab amicis, venit in Pauli potestatem. sed honorem ei Æmilius nō quasi victo habuit. nam & volentem sibi ad pedes cadere non permisit; sed iuxta se in sella collocavit. Macedonibus & Illyriis hæc leges datæ sunt; vt liberi essent; & dimidium eorum tributorum præstarent, quæ regibus præstitissent: vt appareret Populum Romanum pro æquitate magis quam auaritia dimicare. atq; in conuentu infinitorum populorum Paulus hæc pronuntiavit, & legationes multarum gentium, quæ ad eum venerant magnificenter pauit conuiuio; dicens, Eiusdem hominis esse debere & bello vincere, & conuiuij apparatu elegantem esse. Mox septuaginta ciuitates Epiri, quæ rebellarant, cepit: prædam militibus distribuit: Romanum cum ingenti pompa rediit, in nauem Persei; quæ inuisitatæ magnitudinis fuisse traditur: adeo vt X V I. ordines habuisse dicatur remorum. Triumphavit autem magnificenter, simè in curru aureo cum duobus filiis utroque latere astantibus. ducti sunt ante currum duo regis filij, & ipse Perseus, X L V. annos natus. Post eum etiam C. Anicius de Illyriis triumphauit: Gentius cum fratre & filiis ante currum ductus est. Ad hoc spectaculum multarum gentium reges Romanam venerunt: inter alios etiā venit Attalus atq; Eumenes Asia reges, atque Prusias Bithyniæ, magno honore accepti sunt:

& per-

Se permittente Senatu dona quæ attulerant, in
Capitolio posuerūt. Prusias etiam filium suum
Nicomedem Senatui commendauit.

In sequenti anno Lucius Memmius in Hispania
bene pugnauit. Marcellus postea consul res
ibidem prosperè gessit.

Tertium deinde bellum contra Carthaginem
scipitur, D C. & altero anno ab urbe condita,
L. Manlio Censorino. & Marco Manilio C O S S.
anno L I. postquā secundum Punicū bellū trans-
actum erat. Hi profecti, Carthaginē oppugna-
uerunt. Contra eos Asdrubal dux Carthaginen-
sium dimicabat. Famea dux alius, equitatuī præ-
erat Carthaginem. Scipio tunc, Scipionis
Africani nepos, tribunus ibi militabat. huius
apud omnes ingens metus & reuereatia erat.
Nam & paratissimus ad dimicandum, & con-
sultissimus habebatur. Itaque per eum multa
prospere à C O S S. gesta sunt. neq; quidquam
magis vel Asdrubal vel Famea vitabant, quam
contra eam Romanorum partem committere
vbi Scipio dirincipabat.

Per idem tempus Massinissa rex Numidarum,
per annos sexaginta fere amicus populi Ro-
mani, anno vita sua. X C V I I. mortuus est,
X L I I I. filiis relictis. Scipionem diuisorem
regni inter filios esse iussit.

Cum igitur clarum Scipionis nomen esset,
iuvensis adhuc, C O S. est factus : & contra Car-
thaginem missus. is eam cepit. ac diruit. spolia
ibi inuēta, quæ de variarum ciuitatum excidiis
Carthago collegerat : & ornamenta urbium
ciuitatibus Siciliæ, Italiz. Africæ reddidit : quæ
sua recognoscabant. Ita Carthago, septin-

gentesimo anno postquam condita erat, delecta est. Scipio nomen quod avus eius acceperat, meruit; scilicet ut propter virtutem etiam ipse *Africanus* junior vocaretur:

Interim in Macedonia quidam Pseudophilippus arma mouit: & Romanum prætorem Publum Iuencium cōtra se missum, ad intercessionē vicit. Post eum Q. Cæcilius Metellus dux à Romanis cōtra Pseudophilippum missus est: & viginti quinq; millibus ex militibus eius occisis, Macedoniam recepit. Ipsum etiam Pseudophilippum in potestatem suam rededit.

Corinthiis quoq; bellum indictū est, nobilissimæ Græciæ ciuitati, propter iniuriam legatorū Romanorum. Hanc Mummius consul cepit ac diruit. Tres igitur Romæ simul celeberrimi triumphi fuerunt: Africani, ex Africa; ante cuius currum ductus est Asdrubal: Metelli, ex Macedonia; cuius currum p̄cessit Andriscus, qui & Pseudophilippus dicitur: Mummijs, ex Corintho; ante quem signa ænea & pictæ tabulæ, & alia urbis clarissimæ ornamēta prælata sunt.

Iterum in Macedonia Pseudoperseus, qui se Persei filium esse dicebat, collectis seruis, rebeliauit; & cùm septemdecim armatorum milia haberet, à Tremellio quæstore superatus est. His diebus Androgynus Romę visus, iussu aruspicum in mare mersus est.

Eodem tempore Metellus in *Celtiberia* apud Hispanos res egregias geslit. Successit ei Quintus Pompeius. Nec multò pōst, Quintus quoque Cæpicio ad idem bellum misitus est; quod quide[m] Viriatus contra Romanos in Lusitania gererebat. Quo meru. Viriatus à suis imperfectus est.

est; cum quatuordecim annos Hispanias aduersum Romanos mouisset. pastor primò fuit; mox latronum dux: postremò tātos ad bellum populos concitauit, ut assertor contra Romanos Hispaniæ putaretur. & cum interfectores eius præmū à Cæpione consule peterent, responsum est, numquam Romanis placuisse, Imperatorem a suis militibus interfici.

Quintus Pompeius deinde consul à Numantinu, quæ Hispaniæ ciuitas fuit opulentissima superatus pacem ignobilem fecit. Post eum Caïas Hostilius Mancinus C O S. iterum cum Numantinis pacem fecit infamem: quam Pop. & Senatus iussit infringi, atque ipsum Mancinum hostibus tradi: vt in illo quem auctorem fœderis habebāt, iniuriam soluti fœderis vindicarent. Post tantam igitur ignominiam, qua à Numantinis bis Romani exercitus fuerant subiugati, Publius Scipio Africanus secundò Consul factus, & ad Numantium missus est. Is primum misitem vitiosum & ignavum exercendo magis quam puniendo, sine aliqua acerbitate correxit. Tum multas Hispaniæ ciuitates partim bello cepit, partim in ditionem accepit. Postremò ipsam Numantium diu obsessam, fame cōfecit, & à solo euertit reliquam provinciam in fidem accepit.

Eo tempore Attalus rex Asiae, frater Eunēnis, mortuus est; heredemque populum Omaniū reliquit. ita imperio Romano per testamentum Asia accessit.

Mox etiam Decimus Junius Brutus de Callais & Lusitanis triumphauit magna gloria. & Publius Scipio Africanus de Numantinis secundò Entropius.

386 HIST. ANTIQ. LIB. III:
dam triumphum egit, XIII. anno postquam
priorem de Africa egerat.

Motum interim in Asia bellum est ab Aristonicus Eumenis filio, qui ex concubina suscep-
tus fuerat. is Eumenes, frater Attali fuerat.
Aduersus eum missus est P. Licinius Crassus.
habuit infinita regum auxilia nam & Bithynia
rex Nicomedes Romanos iuuit. & Mithridates
Ponticus, cum quo postea bellum grauissimum
fuit: & Ariarathes Cappadox, & Pylæmenes
Paphlagon. viximus est tamen Crassus, & in pra-
lio interfactus. caput eius Aristonicus ablatum
est. corpus Smyrnæ sepultum. Postea Perpenna
consul Romanus, qui successor Crasso venie-
bat, audita belli fortuna, ad Asiam celeravit: &
acie victum Aristonicum apud Stratoniceen ci-
uitatem, quo fugerat, faine ad ditionem com-
pulit. Aristonicus iussu Senatus Romæ in car-
cere strangulatus: triumphari enim de eo non
poterat, quia Perpenna apud Pergamum rediens,
diem obierat.

Lucio Caecilio Metello, & Tito Quintio Flaminino C O S S. Carthago in Africa iussu Sena-
tus reparata est que nunc manet; annis duobus
& viginti postquam a Scipione fuerat euersa.
Deducti eō sunt ciues Romani.

Anno DCXXVII. ab urbe cōdīta. Caius Cas-
sius Longinus, & Sextus Domitius Caluinus
consules. Galli Transalpinis bellum intulerunt,
& Aquilonorum nobilissimæ tuæ ciuitati atque
eorum regi Bituito infinitainq; multitudinēr-
duata Rhodanum fluvium interfecerunt. Præ-
caex torquibus Gallorum ingēs Romam per-
luerunt. Bituitas se Domitio dedidit; atque ab
66

eo Romam ductus est: magna que gloria consules ambo triumphauerunt.

Marco Porcio Catone & Quinto Marcio Regge consulibus DCXXX. anno & tertio ab urbe condita Narbona in Gallia colonia deducta est. Post à L. Metello & Quinto Mucio Scruola COSS. de Dalmatia triumphatum est,

Ab urbe condita anno DCXXXV. Caius Catto consul Scordis intulit bellum; ignominioseque pugnauit.

C. Cæcilio Metello & Cnæo Carbone COSS. duo Metelli fratres eodem die alterū ex Thracia, ex Sardinia alterum triumphum egerunt. Nuntiatumque Romæ est, Cimbros è Gallia in Italiam transisse.

P. Scipione Nasica, & L. Calpurnio Bestia COSS. Iugurtha Numidarum regi bellum illatum est, quod Adherbalem & Hiempalem, Micipst filios fratres suos, reges, & P. R. amicos, interemisset. Missus aduersus eum COSS. Calpurnius Bestia corruptus regis pecunia pacem cum eo flagitiousissimam fecit, quæ à Senatu reprobata est. Postea contra eundem insequeñti anno Sputius Albinus Posthumius profectus est. Is quoque per fratrem ignominiosè contra Numidas pugnauit. Tertio missus Quintus Cæcilius Metellus consul, exercitum ingenti seueritate & moderatione correctum, cum nihil in quemquam cruentum faceret, ad disciplinam Romanam reduxit. Iugurtham varijs prælijs vicit, elephantes eius occidit, vel cepit. Et cum iam bello finem positurus esset, successum est ei a C. Mario is Iugurtham, & Bocchū Mauritania regē, qui auxiliū Iugurthæ ferre cœperat.

parites superauit. Aliquāta & ipse oppida Numidiaz cepit. belloque terminum posuit, capto Iugurtha per quæstorem suum Cornelium Syllam, ingenteni virum ; tradente Boccho Iugurtham, qui pro eo antè pugnauerat.

A. Marco Junio Silano collega Quinti Metelli, Cimbri in Gallia ; & à Minucio Rufo in Macedonia Scordisci & Triballi ; & à Seruilio Capione in Hispania Lusitani victi sunt : & duo triumphi de Iugurtha, primus per Metellum, secundus per Marium acti sunt. ante currām tamen Marij Iugurtha cum duobus filiis ductus est catenatus, & mox iussu consulis in carcere strangulatus.

EVTRROPII BREVIARII

L I B R . V .

Dum bellum in Numidia contra Iugurtham geritur, Romaniconfules Marcus Manilius & Quintus Caepio à Cimbris & Teutonibus & Tigurini & Ambronibus, quæ erant Germanorum & Gallorum gentes, victi sunt iuxta flumen Rhodanum ; & ingenti internecione attriti, etiam castra sua & magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Romæ grandis fuit, quantum vix Annibalis tempore Punicis bellis, ne iterum Galli Româ venirent. Ergo Marius post victoriam Iugurthinam secundo C O S. est factus, bellumque ei contra Cimbros & Teutones decretum est. Tertiò quoque ei & quartò delatus est cōsularius : quia bellum Cimbricum protrahebatur, sed in quarto cōsulatu

sulatu collegam habuit Quintum Luctatium Catulum. cum Cimbris itaq; conflixit, & duobus prælijs CC. millia hostium cæcidit. LXXX. millia cepit, & ducem eorum Teutobodum. propter quod meritum absens quintò C O S. est factus.

Interea Cimbri & Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam transierunt. Iterum à Caio Mario & Quinto Catulo cōtra eos dimicatum est: sed à Catuli parte felicius. Nam eo prælio, quod simul ambo gesserunt, CXL. millia aut in pugna, aut in fuga cæsa sunt; LX. millia capta. Romani milites ex utroque exercitu trecenti perierunt. Tria & triginta signa Cimbris sublata sunt. ex his exercitus Marij duo reportauit, Catuli exercitus XXX. & ynum. Is belli finis fuit: triumphus utrique decretus est.

Sexto Julio Cæsare, & L. Marcio Philippo COSS. sexcentesimo quinquagesimo nono anno ab urbe condita, cum propè alia omnia bella cessarent, in Italia grauissimum bellum Picentes, Marsi, Peligniique mouerunt: qui, cum annis numerosis iam Pop. Romano obedirent, tum libertatem sibi & quam afferere cœperunt. Perniciosum admodum hoc bellū fuit. P. Rutilius consul in eo occisus est: Cæpio nobilis iuuenis, & Porcius Cato alias C O S. Duces autē aduersus Romanos Picentibus & Marsis fuerunt, Titus Vietius, Hierus Asinius, Titus Herennius, Aulus Cluentius. A Romanis bene contra eos pugnatum est, à C. Mario, qui sexies consul fuerat; & è Cnæo Pompeio maximè tamen à Lucio Cornelio Sylla, qui inter alia

facta egregia ita Cluentium hostium ducem, cum magnis copijs fudit, ut ex suis nec vnum amitteret. Quadriennio, cum graui tamen calamitate, hoc bellum tractum est. Quinto de inum anno finem accepit per Lucium Cornelium Syllam C O S. cum antea in eodem bello ipse multa strenue prætor gessisset.

Anno urbis conditæ DCLXII. primum Romæ bellum ciuile commotum est: eodem anno etiam Mithridaticum. Causam bello ciuili C. Marius sexies C O S. dedit. Nam cum Sylla consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam & Achaiā occupauerat, mitteretur: isque exercitum in Campania paulisper tene ret, ut belli socialis (de quo diximus) quod intra Italiam gestum fuerat, reliquæ tollerentur, Marius affectauit, ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quare Sylla commotus, cum exercitu ad urbem venit. Illic contra Marium & Sulpicium dimicauit. primus urbē Romam ingressus est; Sulpicium interfecit, Marium fugauit: atque ita C O S. ordinatis in futurum annum, Cnao Octauio, & L. Cornelio Cinna, ad Asiam profectus est. Mithridates enim, qui Ponti rex erat, atque Armeniam minorem, & totum Pōticum mare in circuitu cum Bosphoro tenebat, primò Nicon edem amicum P. R. Bithynia voluit expellere: Senatu iisque manda uit, bellum se ei propter iniurias quas passus fuerat, illaturum. a Senatu responsum est Mithridati, si id faceret, quod & ipse bellum à Romanis pateretur. Quare iratus, Cappadociam statim occupauit, & ex ea Ariobarzanem regem & amicū populi Romani fugauit. Mox etiam Bithyniam

Bithyniam inuasit, & Paphlagoniam, pulsis ex ea regibus amicis populi Romani, Pylæmene & Nicomede. Inde ad Ephesum coniendit: & per omnem Asiam litteras misit, ut vbi cùmque inueni essent ciues Romani, uno die occidentur. Interea etiam Athenæ ciuitas Achaia ab Aristone Atheniensi Mithridati tradita est. Miserat enim iam ad Achæiam Mithridates Archelaum ducem suum, cù CXX. millibus equitum ac peditum: per quem etiam reliqua Græcia occupata est. Sylla Archelaū apud Piræum nō longe ab Athenis obsedit, ipsamque urbem cepit. postea commisso prælio contra Archelaū, ita eum vicit, ut ex CXX. millibus vis decem superessent Archelao, & ex Syllæ exercitu XIII. tantum homines interficerentur. Hac pugna Mithridates cognita, LXX. millia lectissima ex Asia Archelao misit, contra quem Sylla iterum cominisset. Primo prælio viginti millia hostium imperfecta sunt, filiusque Archelai Diogenes: secundo, omnes Mithridatis copiæ extinxeruntur: Archelaus ipse triduo nudus in paludi bus latuit. Hac re audita Mithridates, cum Sylla de pace agere coepit.

Interim eo tempore Sylla etiam Dardanos, Scordiscos, Dalmatas & Maeſos partim vicit, alios in fidem accepit. Sed cùm legati à rege Mithridate, qui pacem petebant, venissent, non aliter se daturum Sylla esse respondit, nisi rex relictis his quæ occupauerat, ad regnum suum rediſset. Postea tamen ad colloquium ambo venerunt. Pax inter eos ordinata est; ut Sylla ad bellum ciuile festinans, à tergo periculum non haberet. Nam dum Sylla in Achæia atque

Asia Mithridatem vicit, Marius qui fugatus erat, Cornelius Cinna unus ex consulibus, bellum in Italia repararunt: & ingressi urbem Romanam, nobilissimos ex Senatu & consulares viros interfecerunt, multos proscrisserunt: ipsius Sylla domo euerla, filios & uxorem ad fugam compulerunt: vniuersus reliquus Senatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Graeciam venit, orans ut patria subueniret. Ille in Italiam traiecit, bellum ciuale geslurus aduersus Norbanum & Scipionem C O S S. & primo prælio contra Norbanū dimicauit, nō longè à Capua. tū VII. millia eius cæcidit, VI. millia cepit: CXXIIII. suorum amisit. Inde etiam se ad Scipionem conuertit, & ante prælium totum eius exercitum sine sanguine in dditionem accepit. Sed cum Romæ mutati consules essent, & Marius Marij filius, ac Papirius Carbo consulatum accepissent, Sylla tamen contra Marium iuniorem dimicauit: & XV. millibus eius occisis, CCCC. de suis perdidit. Mox etiā & urbem ingressus est. Marium Marij filium, Præneste persequutus, obsedit, & ad mortem cōpulit. Rursus pugnam grauissimam habuit cōtra Lamponium & Catinatem duces partis Marianæ ad portam Collinam. LXXX millia hostium in eo prælio contra Syllam fuisse dicuntur. XII. millia se Sylla dediderunt: cæteri in acie, in castris, in fuga, insatiabili ira victorum consumpti sunt. Cnæus quoque Carbo C O S. alter, ab Arimino ad Siciliam fugit, & ibi per Cnæum Pompeium interfactus est: quem adolescentem Sylla annos unum & XX. natum, cognita eius industria, traditis exercitibus præfecerat, ut secundus

dus à Sylla haberetur. Occiso ergo Carbone, Pompeius Siciliam recepit. Transgressus inde ad Africam, Domitium Marianæ partis ducem, & Hiarbam regem Mauritaniz, qui Domitio auxilium ferebat, occidit. Post hæc Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphauit. Cnæus etiam Pompeius (quod nulli Romanorum tributum erat) quartum & XX. annum agens, de Africa triumphauit. Hunc finē habuerunt duo bella funestissima; Italicum, quod est *Sociale* dictum; & Ciuite: quæ ambo tractata sunt per annos decem. consumpsérunt ultra CL. millia hominum; viros consulares XXIII. prætorios VII. ædilitios LX. senatores ferè CCC.

EVTRROPII BREVIARII

LIBER VI.

MARCO Æmilio Lepido, Quinto Catulo consulibus, cùm Sylla Rempublicam cōposuisset, bella noua exarserunt: vnum, in Hispania; aliud, in Pamphylia & Cilicia; tertium, in Macedonia; quartum, in Dalmatia. Nam *Sertorius*, qui partium Marianarum fuerat, timens fortunam cæterorum qui interempti erant, ad bellum commouit Hispanias. Missi sunt contra eum duces, Quintus Cæcilius Metellus, filius eius qui Jugurtham regem vicit; & Lucius Domitius prætor. A Sertorijs duce Hirtuleio Domitius occisus est: Metellus variò successu cōtra Sertorium dimicauit. Postea cùm impar pugnat solus Metellus putaretur, Cnæus Pompeius ad Hispanias missus est. Ita duobus ducibus aduersis, Sertorius fortuna Europam.

varia sexpe pugnauit. Octavo demum anno & Iuis occisus est, & finis ei bello datus est per Cn. Pompeium adolescētem. & Quintum Metellum Pium: atque omnes prope Hispaniā in ditionem pop. Rom. redactæ sunt.

Ad Macedoniam missus est Appius Claudius post consulatum. Leuia prælia habuit contra varias gentes, quæ Rhodopam prouinciam incolebant: atque ibi morbo mortuus est. Missus ei successor Cnaeus Scribonius Curio post consulatum. is Dardanos vicit, & vsque ad Danubium penetrauit; triumphumque meruit, & intra triennium finem bello dedit.

Ad Ciliciam & Pamphyliam missus est P. Seruilius ex cōsule, vir strenuus. Is Ciliciam subegit, Lyciæ vrbes clarissimas oppugnauit, & cepit. In his Phaselidem, Olympum, Corycum Ciliciz. Isauros quoque aggressus, in deditiō nem redegit, atq; intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum in TAURO iter fecit. Reuertens triumphum accepit, & nomen Isauric; meruit.

Ad Illyricum missus est Cnaeus Cosconius pro cōsule: multam partem Dalmatiæ subegit, Salonas cepit. & composito bello, Romam post biennium redijt.

Iisdem temporibus, cōsul Marcus Æmilius Lepidus, Catuli collega, bellum ciuale voluit commouere: intra tamē. vnam & statem motus eius oppressus est. Ita uno tempore multi simul triumphi fuerunt: Metelli, ex Hispania: Pompeij, secundus ex Hispania: Curionis, ex Macedonia: Seruilij, ex Isauria.

Anno urbis conditæ DCLXXVI. L. Licinio
Lucullo

Lueutlio & Marco Aurelio Cotta C O S S. mortuus est Nicomedes rex Bithyniæ, & per testamentum populum Romanum fecit heredem. Mithridates, pace rupta, Bithyniam & Asia rursus voluit inuadere. Aduersus eum ambo consules missi, variam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem vicit ab eo acie, etiam intra oppidum coactus est, & obsessus. Sed cum se inde Mithridates Cyzicum translatisset, ut Cyzico capto, totam Asiam inuaderet, Lucullus ei alter consul occurrit: ac dum Mithridates in obsidione Cyzici commoraretur, ipse eum à tergo obsedit, fameque consumpsit, & multis prælijs vicit. Postremò Byzantium (quæ nunc Cōstantinopolis est) fugauit. nauali quoque prælio duces eius Lucullus oppressit. Ita via hyeme & aestate, à Lucullo ad centum ferè millia hominum ex parte regis extincta sunt.

Anno urbis Romæ DCLXXVIII. Macedoniā prouinciam M. Licinius Lucullus accepit, consobrinus Luculli qui contra Mithridatem bellum gerebat. Et in Italia nouum bellum subito commotum est. LXX enim & quatuor gladiatores ducibus Spartaco, Chryso, & Oenomao, effracto Capuae ludo, effugerunt: & per Italiam vagantes, penè non Ieuius bellum in ea, quam Annibal mouerat, parauerunt nam multis ducibus, & duobus simul Romanorum consulibus victis, sexaginta ferè millium armatorum exercitum congregauerunt: viciisque sunt in Apulia à M. Licinio Crassio proconsule. & post multas calamitates Italix, tertio anno, bello huic finis imponitur.

Entropina.

Sexcentesimo octogesimo primo urbis conditæ anno, P. Cornelio Lentulo & Cnæo Aufidio Oreste C O S S. duo tantum grauia bella in imperio Romano erant, Mithridaticum & Macedonicum. hæc duo Luculli agebant, L. Lucullus, & M. Lucullus. L. ergo Lucullus post pugnam Cyzicenam, qua vicerat Mithridatem; & nausalem, qua duces eius oppresserat, persequutus est eum: & recepta Paphlagonia atq; Bithynia, etiam regnum eius inuasit. Sinopen & Amisum, ciuitates Ponti nobilissimas, cepit. secundo prælio apud Cabira ciuitatem, quo ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, cum XXX. millia lectissima regis, à quinq; Romanorum millibus vastata essent, Mithridates fugatus, & castra eius direpta. Armenia quoque minor, quam tenuerat, eidem sublata est. Suscepimus tamen est Mithridates post fugam à Tigrane Armeniæ rege; qui tum ingenti gloria imperabat, Persas sæpe vicerat, Mesopotamiam occupauerat, & Syriam, & Phœnices partem. Ergo Lucullus repetēs hostem fugatum, etiam regnum Tigranis, qui Armenijs imperabat, ingressus est. Tigranocetta ciuitatem Armeniæ nobilissimam, cepit. ipsum regem, cum sexcentis millibus clibanariorum, & ceturum millibus sagittariorum & armatorum venientem, octodecim millia militum habens, ita vicit, ut magnam partem Armeniorū deleuerit. Inde Nisibin profectus, eam quoque ciuitatem cum regis fratre cepit. Sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat, cum exercitus parte, ut regiones vietas etiam Rom. tuerentur, negligenter se & auarè agentes, occasionem iterum Mithridati

in Pontum irrumpendi dederunt : atq; ita bellum renouatum est. Lucullo paranti, capta Ni-sibi, contra Persas expeditionem , successor est missus. Alter Lucullus , qui *Macedoniam* admi-nistrabat , Bessis Romanorum primus intulit bellum, atq; eos ingenti prælio in Æmo mon-te superauit: oppidum Vscudamam, quod Bessi habitabant, eodem die quo aggressus est, vicit: Cybalen cepit ; vsq; ad Danubium penetrauit. Inde multas super Pontum positas ciuitates aggressus est. Illic Apolloniam euertit ; Cala-tim, Parthenopolim, Tomos, Histrum, Buziam omnem cepit : belloque confecto, Romanam re-dijit. ambo tamen triumphauerunt : Lucullus qui contra Mithridatem pugnauerat , maiori gloria , cum tantorum regnorum victor re-disset.

Confecto bello Macedonico , manente Mi-thridatico, quod recedente Lucullo , rex collec-tis auxilijs reparauerat , bellū *Creticum* ortum est. ad id missus Cæcilius Metellus, ingentibus prælijs intra triennium omnem prouinciam cepit ; appellatusque est *Creticus* ; atque ex insula triumphauit. Quo tempore Libya quoque Romano imperio per testamentum Apionis, qui rex eius fuerat, accessit : in qua inclytæ ciuitates erant, Berenice, Ptolemais, & Cyrene.

Dum hæc geruntur, *piratae* omnia maria infe-stabant ; ita ut nauigatio, Romanis toto orbe victoribus, sola tuta non esset. Quare id bellum Cn̄x̄o Pompeio decretum est : quod intra pau-co menses ingenti felicitate & celeritate con-fecit. Mox ei delatum bellum etiam contra ro-gem Mithridatem & Tigranem : quo suscep-to,

Eutropius.

Mithridatem in Armenia minore, nocturno prælio vicit, castra diripuit; quadraginta milibus eius occisis, viginti tantum de exercitu suo perdidit, & duos centuriones. Mithridates cum uxore fagit, duobus comitibus. Neque multò post, cum in suos sœuiret, Pharnacis filij sui seditione apud milites, ad mortem coactus, venenum hausit. Hunc finem habuit Mithridates. perijt autem apud Bosporum, vit ingentis industriae consiliique. Regnauit annis sexaginta: vixit septuaginta duobus: contra Romanos bellum habuit annos quadraginta.

Tigrani deinde Pompeius bellum intulit: ille se ei dedidit, & in castra Pompeij sextodecimo millario ab Artaxata venit: ac diadema suum, cum procubuissest ad genua Pompeij, imanibus eius collocauit: quod ei Pompeius reposuit; honorificeque eum habitum, regni tamen parte multauit, & grandi pecunia. adempta est ei Syria, Phœnice, Sophene: sex millia præterea talentorum argenti, quæ populo Romano daret; quia bellum sine causa Romanis commissouisset.

Pompeius mox etiam Albanis bellum intulit, & eorum regem Orodem ter vicit: postremò per epistolas & munera rogatus, veniam ei ac pacem dedit. Iberis quoque regem Arthacen vicit acie, & in ditionem accepit. Armeniam minorem Deiotaro Galatiae regi donauit; quia scotius belli Mithridatici fuerat. Attalo & Pyrameni Paphlagoniam reddidit. Aristarchum Colchis regem imposuit. Mox Itureos & Arabes punit: & cum venisset in Syriam, Seleuciam vicinam

vicinam Antiochiae ciuitatem, libertate donauit; eò quod regem Tigranem non receperis-
set. Antiochenisibus cōsides reddidit: aliquan-
tum agrorum Daphnensisbus dedit, quo lucus
ibi spatiōsior fieret; delectatus amoenitate lo-
ci, & aquarum abundantia. Inde ad Iudeam
transgressus, Hierosolymam caput gentis ter-
tio mense cepit; duodecim nullibus Iudeorū
occisis, exteris in fidem acceptis. His-
gestis, in Asiam se recepit, & finem antiquissi-
mo bello dedit.

Marco Tullio Cicerone oratore, C. Antonio-
C O S S. anno ab urbe condita DCLXXXIX.
Lucius Sergius Catilina, nobilissimi generis
vir, sed ingenij prauissimi, ad delendam pa-
triā coniurauit, cum quibusdam claris qui-
dem sed audacibus viris. A Cicerone urbe ex-
pulsus est: socij eius deprehensi, in carcere
strangulati sunt. Ab Antonio, altero consule,
Catilina ipse in p̄alio victus est & inter-
fectus.

Sexcentesimo nonagesimo anno ab urbe co-
dita, D. Junio Silano & L. Murena C O S S. Me-
tellus de Creta triumphauit, Pompeius de bel-
lo piratico & Mithridatico. Nulla vīnquam
pompa triūphī similis fuit. ducti sunt ante
eius currum filius Mithridatis, filius Tigranis,
Aristobulus rex Iudeorum: prælata ingens pe-
cunia. aurum atque argēti infinitum pondus. Hoc
tempore nullum per orbem tertiarum graue
bellum erat.

Anno urbis conditæ DCXCIII. Caius Julius
Cæsar, qui postea imperauit, cum L. Bibulo
consul est factus. decretā est ei Gallia, & Illy-

Ecclesiasticus.

ricum cum legationibus decem. Is primò vicit Heluetios, qui nunc *Sequani* appellatur deinde vincendo per bella grauissima, vsque ad Oceanum Britannicum processit. Domuit autem annis fere LX. omnem Galliam, quæ inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum, & Oceanum est, & circuitu patet ad bis & tricies centena millia passuum. Britannis mox bellum intulit; quibus ante eum ne nomen quidem Romano-rum cognitum erat: & eos quoque victos, obsidiis acceptis, stipendiarios fecit. Galliæ autem tributi nomine annum imperauit sestertium quadringenties. Germanosque trans Rhenum aggressus, immanissimis prælijs vicit. Inter tot successus ter male pugnauit: apud Aruernos semel præsens, & absens in Germania bis. nam legati eius duo, Titurius & Arunculeius, per insidias cœsi sunt.

Circa eadem tempora, anno urbis conditæ DCXCVII. Marcus Licinius Crassus, collega Cnxi Pompeij Magni, in consulatu secundo, contra Parthos missus est: & cum circa Carras contra omnia & auspicia dimicasset, à Surena Orodis regis duce vinctus, ad postremum interfactus est, cum filio clarissimo & præstantissimo iuuene. Reliquæ exercitus per C. Cassium quæstorem seruatæ sunt: qui singulari animo perditas res tanta virtute restituit, ut Persas, rediens trans Euphratem, cœbris prælijs viniceret.

DE CONSVLIBVS

ROMANIS EX SEXTI AVRELII

Victoris libro de viris illustri-
bus : aut si maiis, ex Plinio,
vel Cornelio Nepote.

9; L. Tarquinius Collatinus, & Lucretia uxor.

TA R Q V I N I V S Collatinus, sorore Tar-
quinij Superbi genitus, in contubernio
iuenum regiorum Ardeæ erat. vbi cùm forte
in liberiore conuiuio cōiugem suam vnuſquis-
que laudaret, placuit experiri. Itaque equis Ro-
manam petunt ; regias nurus in conuiuio & luxu-
deprehendunt : exinde Collatiam petunt ; Lu-
cretiam inter ancillas in lanificio offendunt.
Itaque ea pudicissima iudicatur. Ad quam cor-
rumpendam Tarquinius Sextus nocte Collat-
iam redijt ; & iure propinquitatis in domum
Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irru-
pit, pudicitiam expugnauit. Illa postero die ad-
uocatis patre & coniuge, rem exposuit ; & se
cultro, quem veste texerat, occidit. Ili in exitiū
regum coniurarunt, eorumque exilio necem.
Lucretiæ vindicauerunt.

10; Iunius Brutus, I^l Romanorum Consal.

IV N I V S Brutus, sorore Tarquinij Su-
perbi genitus, cùm eandem fortunam ti-
meret in quam frater inciderat, qui ob diuitias
& prudentiam fuerat ab auunculo occisus. Stul-
titiam finxit: ynde Brutus dictus. Iuuenibus re-
gijs Delphos euntibus deridiculi gratia comes.
adscitus, baculb. sambuceo aurum, infusum deo-

& Aurel. Kister.

D

donum tulit. ubi responsum est, eum Romæ summam potestatem habiturum, qui primus matrem osculareretur: ipse terram osculatus est. Deinde propter Lucretiæ stuprum, cum Tricipitino & Collatino in exitium regum cōiurauit. Quibus in exsiliū actis, primus *Consul* creatus, filios suos, fratrisque, quod cum Aquilijs & Vitellijs ad recipiendum in urbem Tarquinios cōiurauerat, virgis cæsos securi percussit. Deinde in prælio, quod aduersus eos gerebat, singulari certamine cum Arunte filio Tarquinij cōgressus est: ubi ambo mutuis vulneribus ceciderunt. cuius corpus in foro positum, à collega laudatum, matronæ anno luxerunt.

11. Horatius Coctes.

PORSENNNA, rex Etruscorum, cùm Tarquinios in urbem restituere tētaret, & pri-
mo impetu Ianiculum cepisset; Horatius Coctes (illo cognomine, quod in alio prælio oculū amiserat) pro ponte sublico stetit, & aciem hostium solus sustinuit, donec pons à tergo interrumperetur: cùm quo statim in Tiberim decidit, & armatus ad suos transnauit. Ob hoc ei tantum agri publicè datum est, quantum uno die circumarari potuisset: statua quoque ei in Vulcanali posita.

12. Mucius Scauula.

CVM Porsenna rex urbem obsideret, Mucius Cordus, vir Romanæ constantiæ, Senatum adiit, & veniam træsfugiendi petiit; necem regis repromittens. Accepta potestate, in castra Porsennæ venit; ibique purpuratum pro rege, deceptus occidit. Apprehēsus, & ad regem pertractus, dexterā aris imposuit: hoc supplicij à rea

area exigēs, quod in cōde casset. Vnde cū misericordia regis abstrahit, quasi beneficium referens, ait, trecen. aduersus eum simileis coniurasse. Quare illi territus, bellum acceptis obsidibus deposu. Mucio prata trans Tiberim data, ab eo. *Uicia* appellata. Statua quoque ei honoris g. tia constituta est.

13. *Clelia virgo.*

PO R S E N N A Cleliam virginem nobilis inter obsides accepit: quæ, deceptis custodibus, noctu castris eius egressa, equum quem fors dederat, arripuit, & Tiberim traxit. A Porsenna per legatos repetita, & redditā. Cuius ille virtutē admiratus, cū quibus optas- set, in patriam redire permisit. illa virgines puerosque elegit; quorum ætatem iniuriaz obnoxiam sciebat. Huic statua equestris in foro posita.

14. *Fabij trecenti sex.*

ROMANI cū aduersum Veienteis bella rent, eos sibi hosteis familia Fabiorum priuato nomine depoposcit: & profecti trecētis ex duce Fabio cōsule fuerunt. Cū s̄pē victores exstisset, apud Cremeram fluuum castra posuerunt. Veientes, ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt: ad quæ progressi Fabij, in insidias delapsi ad vnum occisione perierunt. Dies quo id factum est, inter nefastos relatus: Porta qua profecti fuerant, *Scelerata* est appellata. Unus ex ea gente propter impuberē ætatē domi relictus, genus propagauit ad Q. Fabium Maximū; qui Annibalē mora fregit, *Cunctator* ab obrectatoribus dictus.

15. *P. Valerius Poplicola.*

PVBLIVS Valerius, Volysi filius, primum de Veientibus iterum de Sabinis, tertio de utrisque gentibus triumphauit. Hic quia in locum Brutii collega consulem non subrogauerat, & domum in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionem regni affectati venit. Quo cognito, apud populum questus, quod de se tale aliquid timuerint; immisit qui domum suam diruerent. Secures etiam fascibus demisit, eosq; in populi concione submisit. Legem de prouocatione a magistratibus ad populum tulit hinc *Poplicola* dictus. Qui cum quater consul diem obiisset, adeo pauper exstitit, ut collectis a populo nummis publicè sepultus sit, & annuo, matronarum luctu honoratus.

16. *A. Postumius.*

TARQVINIUS ciectus, ad Mamiliū Tusculanum generum suum cōfugit: qui cum Latio concitato Romanos grauiter virgeret, A. Postumius Dictator dictus, apud Regilli, lacum cum hostiis confixit. Vbi cum victoria nutaret, Magister equitum equis frenos detrahi iussit, ut irrevocabili impetu ferrentur: vbi & aciem Latinorum fuderunt, & castra ceperunt. Sed inter eos duo iuuenes candidis equis insigni virtute apparuerunt, quos Dictator quæsitos, ut dignis munieribus honoraret, non reperit: Castorem & Pollucem ratus, adem, communī tituī dedicauit.

17. *L. Quintius Cincinnatus.*

LVCIVS Quintius Cincinnatus, filium Eufonein petulantissimum abdicauit: qui & a Centoribus noratus, ad Volscos & Sabinos confugit;

confugit; qui duce Cloelio Graccho bellum aduersum Romanos gerebant, & Q. Minucium consulem in Algidō monte cum exercitu obsidebant. Quintius Dictator dictus, ad quē missi legati nudum eum arantem trans Tiberim offendiderunt, qui insignibus sumtis, consulem obsidio liberavit. quare à Minucio & eius exercitu obsidionali corona donatus est. Vicit hosteis: ducem eorum in ditionem accepit, & triumphi die ante curru eum egit. Sextodecimo die dictaturam quam acceperat depositus. & ad agriculturam reuersus est. Iterum post viginti annos Dictator dictus, Spurium Mælium regnū affectātein, à Sernilio Ahala Magistro equitum occidi iussit: domum eius solo æquauit: vnde locus ille *Æquimælium* dictus.

18. *Menenius Agrippa Lanatus.*

MENENIUS Agrippa, cognomento *Lanatus*, dux electus aduersum Sabinos, de ijs triumphauit. Et cùm populus à patribus secessisset, quòd tributum & militiam non toleraret, nec reuocari posset; Agrippa apud eum, Olim, inquit, humani artus, cùm ventrem otiosum cerneret, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium negarunt. cùm eo pax & ipsi desicerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia membra dissenserere: & tum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus & populus, quasi unum corpus, discordia pereunt; concordia valent. Hac fabula populus regressus est: creauit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam aduersum nobilitatis superbiam defenderet. Menenius autem tanta paupertate decessit, vt eum populus collatis quadratibus sepeliret, locum sepulchro Senatus publicè daret.

S. Aurel. Vitter.

D 5

19. C. Marcius Coriolanus.

CAIVS Marcius, à captis Coriolis vrbe Volscorū *Coriolanus* dictus: ob egregia militare facinora à Postumo optionem munerum accipiens, equum tantum & hospitem sumvit; virtutis & pietatis exemplum. Hic consul graui annona aduectum Sicilia frumentum, magno pretio dandum populo curauit; vt hac iniuria plebs agros, non seditiones, coleret. Ergo à Tribuno pleb. Decio die dicta, ad Volscos conces- sit; eosque duce Attio Tullo, aduersus Romanos concitauit & ad quartum ab vrbe lapidem castra posuit. Cumque nullis ciuium legationibus flechteretur, à Veturia matre, & Volumnia uxore, matronarum numero comitatis, motus, omisso bello, vt proditor occisus est. ibi tem- plum Fortunæ muliebri constitutum est.

20. C. Licinius Stolo.

FABIVS Ambustus ex duabus filiabus alteram Licinio Stoloni plebeio, alterā Aulo Sulpicio patricio coniugem dedit. quarum plebeia cum sororem salutaret, cuius vir Tribunus militum cōsulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos indecenter expauit. à sorore irrita, marito questa est: qui adiuuante socero, vt primum tribunatum plebis aggressus est, legem tulit, vt alter cōsul ex plebe crearetur. Lex, resistente Appio Claudio, lata tamen: & primus Licinius Stolo consul factus. Idem lege sanciuit, ne cui plebeio plus quingenta iugera agri habere liceret. & ipse cum iugera quingenta haberet, & altera emancipati filij nomine posseideret; in iudiciū vocatus, & primus omnium sua lege punitus est.

21. L. Virginius centurio.

POPIVS Romanus cum seditiosos magistratus ferre non posset, Decemviro legibus scribendis creauit, qui eas ex libris Solonis tralatas, duodecim Tabulis exposuerunt. Sed cum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent; unus ex ipsis Appius Claudius Virginiam, Virginij centurionis filiam, in Algidio militantis adamauit: quam cum corrumperet non posset, clientem subornauit, qui eam in seruituten. deposceret: facile victurus, cum ipse esset & accusator, & iudex. Pater, re cognita, cum ipso die iudiciis superuenisset, & filiam iam addictam viseret, ultimo eius adloquio impetrato, eam in sacretum abduxit, & occidit: corpus eius humeris gressus, ad exercitum profugit, & milites ad vincandum facinus accedit: qui creatis decem Tribunis, Aventinum occuparunt, Decemviro abdicare se magistratu coegerunt, eosque omnes aut morte aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

22. Aesculapius Romam aduenitus.

ROMANI ob pestilentiam, responso monente, ad Aesculapium Epidauro recessendum decem legatos principe Q. Ogulni misserunt. Qui cum eò venissent, & simulacra ingens mirarentur, anguis è sedibus suis elapsus, venerabilis, non horribilis, per medium urbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, & se in Ogulnij tabernaculo consipravit. Legati, deum vehentes, Antium proiecti sunt. ubi per mollitem maris, anguis

S. Aurel. Victor.

D 4

proximum Aesculapij fanum petijt , & post
paucos dies ad nauim redijt : & cum aduerso
Tiberi subueheretur, in proximam insulam de-
siliuit : ubi templum ei constitutum ; & pesti-
lentia mira celeritate sedata est.

23. M. Furius Camillus.

FVRIVS Camillus , cum Faliscos obside-
ret, ac ludi litterarii magister, principum fi-
lios ad eum adduxisset, vincitum eum hisdem
pueris in urbem redigendum . & verberandum
tradidit. statim Falisci se ei ob tātam iustitiam
dediderunt. Veios decenni obsidio domuit,
deque his triumphauit. Postmodum est crimi-
ni datum , quod albis equis triumphasset . &
predam inique diuisisset: de dicta ab L. Appu-
leio Tribuno plebis damnatus , Ardeam con-
cessit. Mox cum Galli & nones, relictis ob steri-
litatem agris suis , Cusium Etruriae oppidum
obsideret, missi sunt Roma tres legati, qui Gal-
los monerent ut ab oppugnatione desisterent.
Ex his unus contra ius gentium in aciem pro-
cessit, & duxerat Senonum interfecit. Quo com-
moti Galli, petitis in deditioñem legatis , nec
imperatis , Romanum petierunt ; & exercitum
Romanum apud Alliam fluum ceciderunt,
die XVI. Kal. Augusti : qui dies inter nefastos
relatus, Alieniss dictus. Victores Galli urbe in-
trauerunt: ubi nobilissimos senum in curuli-
bus & honorum insignibus , primò ut deos ve-
nerati, deinde ut homines despiciati , interfece-
re. Reliqua iuuentus cū Manlio in Capitolium
fugit: obi obsessa , Camilli virtute liberata est:
qui absens Dictator dictus , collectis reliquijs,
Gallos improvisos internecione occidit. Popu-
lum

lum Romanum migrare Veios volentem retinuit. Sic & oppidum ciuibus, & ciueis oppido reddidit.

24. *M. Manlius Capitolinus.*

MANLIUS ob defensum Capitolium *Capitolinus* dictus, sedecim annorum, voluntarium militem se obtulit. Triginta septem militaribus donis à suis ducibus ornatus, triginta treis cicatriceis in pectore habuit. Capta vrbe, auctor in Capitolium confugiendi fuit: quadam nocte clangore anseris excitus, Gallos ascendentes deiecit. *Patronus* à ciuibus appellatus, & farre donatus est. Domum etiam in Capitolio publice accepit. Quia superbia elatus, cum à Senatu suppressisse Gallicos thesauros argueretur, & addictos propria pecunia liberaret, regni affectati suspicione in carcerem coniectus, populi consensu liberatus est. Rursum cùm in eādem culpa, & grauius perseuaret, reus factus; & ab conspectu Capitolij ampliatus est. Alio deinde loco damnatus, & de saxo Tarpeio præcipitatus domus diruta: bona publicata. Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit, ne quis postea *Capitolinus* vocaretur.

25. *A. Cornelius Cossus.*

FIDENATES, fidei Romanorum hostes ut sine spe veniae fortius dimicarent, legatos ad se missos interfecerunt. ad quos Quintius Cincinnatus Dictator missus, Magistrum equitum habuit Cornelium Cossum; qui Larrem Tolumnium ducem sua manu interfecit. De eo spolia opima Ioui Feretrio secundus ab Romulo consecravit.

26. T. Decius pater:

P. DECIUS MVS, bello Samnitico sub
P. Valerio Maximo & Cornelio Cocco con-
sulibus Tribunus militum; exercitu in angu-
stijs Gauri montis insidijs hostium clauso, ac-
cepto quod postulauerat, præsidio, in superio-
rem locum eus sit: hosteis terruit. ipse intem-
pesta nocte per medias custodias somno op-
pressas incolumis eus sit. Ob hoc ab exercitu ci-
uica corona de querco, quæ dabatur ei qui ciueis
in bello seruasset; obsidionali, quæ dabatur ei qui
obsidione ciueis liberasset; donatus est. Consul
bello Latino, collega Manlio Torquato, positis
apud Veserim fluuium castris, cum vtriq; consu-
li somnio obuenisset, eos victores futuros
quorum dux in prælio cecidisset: tum collato
cum collega somnio, cum conuenisset, ut cuius
cornu in acie laboraret, dis se Manibus vole-
ret; inclinante sua parte. se & hosteis per Vale-
rium pontificem dis Manibus deuouit. impetu
in hosteis facto, victoriā suis reliquit.

27. T. Decius filius.

PUBLIVS. Decius Decij filius, primò con-
sul de Samnitibus triumphans, spolia ex
his Cereri consecrauit. Iterum & tertio consul,
multa domi militiaque gessit. Quarto consu-
latu cum Fabio Maximo, cum Galli, Samnites,
Vmbri, Tusci, contra Romanos conspirassent:
ibi exercitu in aciem duxto, & cornu inclinato,
exemplum patris imitatus, aduocato M. Liuio
pontifice, hastæ iuistens, & sollemnia verba re-
spondens, se & hostes dis Manibus deuouit. im-
petu in hosteis facto, victoriā suis reliquit. Cor-
pus à collega laudatu, magnifice sepultum est.

28. T. Mana-

28. T. Manlius Torquatus.

TITVS Manlius Torquatus, ob ingenij & linguae tarditatem à patre rus relegatus, cùm audisset ei diem dictam à Pompeio Trib. plebis, nocte urbem pétijt. Secretum colloquiū à Tribuno impetravit; & gladio stricto dimittere eum accusationē terrore multo compulit. Sulpicio Dictatore Tribunus militum, Gallum prouocatorem occidit. torqueum ei detractum, ceruici suæ indidit. Consul bello Latino filium suum, quòd contra imperium pugnasset, securi percussit: Latinos apud Veserim fluum, Decij collegæ deuotione superauit. Consulatum recusauit, quòd diceret, neque se populi vitia, neque illum seueritatem suam posse suffere.

29. M. Valerius Corvinus.

RELIQVIAS Senonum Camillus persequebatur: aduersum ingentem Gallum prouocatorem solus Valerius Trib. militum, omnibus territis, processit. coruus ab ortu solis galea eius insedit, & inter pugnādum ora oculosq; Galli verberauit. hoste deuicto, Valerius Corvinus dictus. Hinc, cùm ingēs multitudo ære alieno oppressa, Capuā occupare tētasset, & ducem sibi Quintiū necessitate cōpulsum fecisset, sublato ære alieno, seditionem compressit.

30. Pontius Telesinus, & Sp. Postumius.

TITVS Veturius & Spurius Postumius consules, bellum aduersum Samnitēs gerentes, à Pontio Telesino duce hostium in insidiās inducti sunt. Nam ille simulacros transfugas misit, qui Romanos docerēt, Luceriam Apuliam à Samnitibus obsideri, quòd duo itinera ducebant; aliud, lōgius & tuius; aliud, breuius &

S. Aurel. Vitor.

periculosius: festinatio breuius elegit. Itaque cū in insidias venissent, (qui locus *Furcula Caudina* vocabatur) C. Pontius accitum patrem Hennium rogauit, quid fieri placeret. Ille ait, aut omneis occidendos, ut vires frangerentur; aut omnes dimittēdos, ut beneficio obligarentur. vtroque improbatō consilio, omnes sub iugum misit, isto fœdere; quod à Romanis postea improbatum est: Postumius Samnicibus deditus, nec receptus.

31. L. Papirius Cursor.

LVCIVS Papirius à velocitate *Cursor*, cùm Dictatorem se aduersis omnibus contra Samnites profectum esse sensisset; ad auspicia repetēda Romam regressus, edixit Fabio Rulliano, quem exercitui imponebat, ne manum cum hoste consereret. sed ille, opportunitate ductus, pugnauit. Reuersus Papirius securi eum ferire voluit: ille in urbem confugit, nec supplicem Tribuni tuebātur. Dein pater lacrymis, populus precibus veniam impetrarūt. Papirius de Samnitibus triumphauit. Idem comis & iocorum studiosus; cùm Prænestinum Prætorem grauissimè increpuisset, Expedi, inquit, lictor secures. & cùm cum metu mortis attonitum vidisset, incommodam ambulantibus radicem exscindi iussit.

32. Q. Fabius Rullianus.

QVINCTVS Fabius Rullianus, primus ex ea familia ob virtutem *Marinus*. Magister equitum à Papirio Cursore ob Samnitēm victoriā securi pñē percusſus, primum de Apulis & Lucerinis; iterum de Samnitibus; tertio de Gallis, Vmbbris, Marsis, atque Tuscis triumphauit.

triumphauit. Censor libertinos tribuamouit. Iterum Censor fieri noluit; decens non esse ex ysu Reipublicæ eosdem censores sapius fieri. Hic primus instituit, ut Equites Romani idibus Quinctilibus ab æde Honoris, albis equis insidentes, in Capitolium transirent. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum est, ut inde filius viscerationem & epulum publicè daret.

33. M. Curius Dentatus.

MANIVS Curius Dentatus primò de Samnitibus triumphauit; quos usque ad mare superum perpacauit. Regressus, in concione ait: Tantum agri cepi, urbis studio futura fuerit, nisi tantum hominum cepissim; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agris cepissim. Iterum de Sabinis triumphauit. Tertiò de Lucanis ouans urbem introiuit. Pyrrhum Epirotam Italia expulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit. sibi deinde totidem constituit; dicens, neminem esse debere ciuem, cui non tantum sufficeret. Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapatroreret: Malo, inquit, hac in factilibus meis esse, & aurum habentibus imperare. Cum interuersæ pecunia argueretur, guttum ligneum, quo uti ad sacrificia consueuerat, in medium protulit: iaurauitque se nihil amplius de præda hostili in domum suam conuertisse. Aquam Anienem de manubijs hostium in urbem induxit. Tribunus plebis, patres auctores fieri coegit comitijs, quibus plebeius magistratus creabatur. Quid hec merita domus ei apud Tiphatam, & agri iugera quingenta publicè data.

S. Aurel. Kister.

34. Appius Claudius Cæcus.

APPIVS Claudius Cæcus, in Censura libertinos quoque in Senatum legit: epulandi decantandiisque ius tibicinibus in publico ademit. Duæ familiae ad Herculis sacra sunt destinatae, Potitiorum & Pinariotum. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupti, ut sacra Herculea seruos publicos edocerent: vnde cæcatus est: gens Potitiorum funditus periret. Ne cōsulatus cum plebeijs communicaretur, acerimè restitit. Ne Fabius solus ad bellum mittetur, contradixit. Sabinos, Samnites, Etruscos bello domuit. Viam vsque Brundusium lapide strauit: vnde illa Appia dicta. Aquam Anienem in urbem induxit. Censuram solus omni quinquennio obtinuit. Cum de pace Pyrthi ageretur, & gratia potentum per legatum Cineam pretio quereretur: senex & cæcus lectica in Senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione discussit.

35. Pyrrhus Rex Epeirotarum.

PYRRHUS REX Epeirotarum, paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis agitaret, & Romanos potenteis videret, Apollinem de bello consuluit. Ille ambiguè respondit, *Aio te facida Romanos vincere posse.* Hoc dicto in voluntatem tracto. auxilio Tarentinorum bellum Romanis intulit: Lxuinum consulem apud Heracleam elephontorum nouitate turbauit. Cumq; Romanos aduersis vulneribus occisos videret, Ego, inquit, calibus viris brevi orbem terrarum subigere posuisem. Amicis gratulantibus; Quid mihi talis victoria, inquit, ubi exercitus robur amittam?

Ad

Ad vicesimum ab urbe lapidem castra posuit:
Captiuos Fabricio gratis reddidit. Viso Læuini exercitu, eandem libi ait aduersus Romanos, quām Herculi aduersus hydram fuisse fortunā. **A Curio & Fabricio** superatus, Tarentum refugit: in Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regressus, pecuniam Proserpinæ auchere tentauit: sed ea naufragio relata est. Tum in Græciam regressus, dum Argos oppugnat, istud regulæ prostratus est. Corpus ad Antigonum regem Macedoniae delatum, magnifice sepultum.

Fabricius.

P Y R R H U S cum secundo prælio à Romanis esset pulsus Tarentum, intericto anno contra Pyrrhum Fabricius missus est: qui prius inter legatos sollicitari non poterat quarta regni parte promissa. Cum vicina castra ipse & rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens se Pyrrhum veneno occisurum. Si sibi quidquam pollicitaretur, quem Fabricius vincitum reduci iussit ad dominum, Pyrrhoque dici quæ contra caput eius medicus spopondisset. Tum rex admiratus eum, dixisse fertur; *Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam Sol à suo cursu auerti posset.*

36. Decius Mus.

V O L S I N I I, Etruriaz nobile oppidum, luxuria pñè perierunt. Nā cùm temere seruos manumitterent, dein in curiam legerēt, cōsensu eorū oppressi. Cū multa indigna paterētur, clā Roniā auxiliū petierūt. Missusq; Decius Mus, mox libertinos omneis superauit, in carcere necauit, aut dominis in seruitutē restituit.

S. Aurel. Victor.

37. Appius Claudius Caudex.

APPIVS Claudius, vicitis Volsiniensibus cognomento Caudex dictus, frater Cæci fuit. Consul ad Mamertinos liberandos missus est; quorum arcem Carthaginenses & Hiero rex Syracusanus obsidebant. Primo ad expatriandos hosteis, fretum piscatoria naui traiecit, & cum duce Carthaginem regit ut præsidium arce deduceret. Rhegium regressus, quinquemem hostium copijs pedestribus cepit: ea legionem in Siciliam traduxit. Carthaginenses Messana expulit. Hieronem regem prælio apud Syracusas in ditionem accepit: qui eo periculo territus, Romanorum amicitiam petijt, quisque postea fidelissimus fuit..

38. C. Duilius.

CAIUS Duilius primo Punico bello dux contra Carthaginenses missus, cum vide-ret eos multum mari posse, classem validam fabrefecit: & quas coruos vocauere, manus ferreas cum irrisu hostium primus instituit; quibus inter pugnandum hostium nauem XXX. apprehendit XIII; mersit; qui vici. & capti sunt. An-nibal dux classis, Carthaginem fugit, & à Senatu quæsiuit quid faciendum censerent. Omnibus ut pugnaret acclamantibus; Feci, inquit, & vittus sum. sic poenam crucis effugit: nam apud Poenos dux male re gesta puniebatur. Duilio concessum est ut prælucente funali, & præcincte tibicine à eæna publicè rediret.

39. A. Atilius Calatinus.

ATILIUS Calatinus, dux Romanorum aduersus Carthaginenses missus, ex maximis & mortuissimis ciuitatibus, Enua, Drepago,

no, Lilybro, hostilia præsidia deiecit: Panorum cepit. Totamq; Siciliam perugatus, paucis nauibus magnam hostium classem duce Amilcare, superauit. Sed cùm ad Camerinam ab hostibus obsecsam festinaret, à Poenis in angustiis clausus est: vbi Triburus militum Calpurnius Flamma, acceptis trecentis sociis, in superiorem locum evasit, consulem liberauit: ipse cum trecentis pugnans cecidit: postea ab Atilio semianimis inuentus est: & sanatus, magno postea terrori hostibus fuit. Atilius gloriose triumphauit.

40. *M. Atilius Regulus.*

Marcus Atilius Regulus consul, fusis Salentinis triumphauit: primusque Romanorum ducum in Africam classem traiecit. ea quassata, de Amilcare naueis longas treis & sexaginta accepit: oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Absente eo, coniugi eius & liberis ob paupertatem sumtus publicè dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonij mercenarij militis captus, in carcerem missus. Legatus de perniutandi captiuis Romain missus, dato iurejurando, ut si non impetrasset, ita demum rediret: in Senatu conditionem dissuasit: reiecti sq; à se coniuge & liberis, Carthaginem regressus: vbi in arcam ligiam coniectus clavis introsum actis, vigiliis ac dolore punitus est.

41. *C. Lutatius Catulus.*

Caius Lutatius Catulus primo Punico bello trecentis nauibus adueratum Poenos prefectus, sexcentas eorum naueis, commissariis & aliis onerib. impeditas duce Annone, apud Regates insulas inter Siciliam & Africam, d.

S. Aurel. Victor.

E

418 · Hist. Antiq. Lib. III.
pressit, aut cepit, finemque bello imposuit. Pa-
cem potentibus hac conditione concessit; Sici-
lia, Sardinia, & ceteris insulis intra Italiam A-
fricamq.; decederent; Hispania citra Iberum
fluvium ut abstinerent.

42. Annibal, Carthaginensis Dux.

Annibal Amilcaris filius, nouem annos na-
tus à patre aris admotus, odium in Roma-
nos perenne iurauit. Exinde socius & miles in-
castris patris fuit. Mortuo eo causam belli que-
rens, Saguntum Romanis fœderatam intra sex
mēses euertit. Tum Alpibus patefactis, in Ita-
liam triecit. P. Scipionem apud Ticinum; Sem-
pronium Longum apud Trebiam; Flaminium
apud Trasimenum; Paulum & Vartonem apud
Cānas superauit. Cumq; Vrbem capere posset,
in Campaniam deuertit; cuius deliciis elan-
guit. Et cūm ad tertium ab Urbe lapidem castra
posuisset, tempestatib. repulsus primum à Fa-
bio Maximo fractus, deinde à Valerio Flacco,
repulsus à Graccho & Marcello fugatus, in A-
fricam reuocatus, à Scipione superatus, ad An-
tiochum regem Syriæ confugit, cuinq; hostem
Romanis fecit. Quo victo, ad Prusiam Bithynię
regem concessit: vnde Romana legatione per
Tit. Flamininum repetitus; ne Romanis tra-
deretur, hausto, quod sub anuli gemma habe-
bat, veneno, absumentus est; positus apud Libys-
sam in arca lapidea; in qua hodieq; inscriptum
est, ANNIBAL HIC SITVS EST.

43. Q. Fabius Maximus.

QVinctus Fabius Maximus Cunctator; Ver-
rufosus, à verruca in labris sita; Oricula, à
clavicula.

clementia morum dictus: consul de Liguribus triumphauit. Annibalem mora fregit. Minuciū Magistrum equitum imperio sibi e quari passus est: nihilominus periclitanti subuenit. Annibalem in agro Falerno inclusit. Mantium Statuum transfugere ad hosteis volentem, equo & armis donatis retinuit: & Lucano cuidam fortissimo, ob amorem mulieris infrequenti, eandem emtam dono dedit. Tarentum ab hostib. recepit: Herculis signum inde tralatum in Capitolio dedicauit. De redemtione captiuorum cum hostibus pepigit. quod pactum cum à Senatu improbaretur, fundum suum ducentis millibus vendidit & fidei suæ sacisfecit.

44. *P. Scipio Nasica.*

Publius Scipio Nasica, à Senatu vir optimus iudicatus, Matrem deum hospitio recepit. Is cum aduersum auspicia consulem se à Graccho, nominatum eomperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat, sustulit. Consul Delminium urbem Delmatarum expugnauit. Imperatoris nomen à militibus; & ab senatu triumphum recusauit oblatum. Eloquentia primus, Iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: vnde vulgo *Corcù:um* dictus.

45. *M. Claudius Marcellus.*

Marcus Marcellus Virdumarum Gallorum ducem singulare prælio fudit Spolia opima Ioui Feretrio tertius à Romulo consecravit. Primus docuit quomodo milites cederent, nec terga preberent. Annibalem apud Nolam, locorum angustia adiutus, vinci docuit. Syracusas per treis annos expugnauit. Et

cum per calumniam triumphus ei à senatu negaretur, de sua sententia in Albano monte triumphauit. Quinquies consul, insidiis Annibalis deceptus occubuit, & magnifice sepultus. Ossa Romam remissa, à prædonibus intercepta perierunt.

46. Claudia virgo Vestalis.

Annibale Italiam deuastante, ex responso librorum Sibyllinorum, Mater dèum Pessinunte arcessita, cum aduerso Tiberi veheretur, repente in alto stetit: & cum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demæ fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia, virgo Vestalis, falsò incestus suspecta, deam orauit ut, si pudicam sciret, sequeretur: & zona imposta nauem mouit. Simulacrum Matris dèum dum templum ædificatur, Naticæ, qui vir optimus iudicabatur, quasi hospiti datum.

47. M Porcius Cato Censorius.

Marcus Porcius Cato, genere Tusculanus, à Valerio Flacco Romam sollicitatus; Tribunus militum in Sicilia; Quæstor sub Scipione fortissimus, Prætor iustissimus fuit, in prætura Sardiniam subegit; vbi ab Ennio Græcis litteris institutus. Consul Celtiberos domuit: & ne rebellare possent, litteras ad ciuitates singulas misit ut muros diruerent: cum vnaquæque sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello Tribunus militum sub M. Acilio Glabrone, occupatis Thermopylarum iugis, præsidium hostium depulit. Censor L. Flamminium consularem ienatu mouit, quod ille in Gallia, ad cuiusdam scorti spectaculum, eductum quendam è carcere, in coniuicio iugulari iussisset. Basilicam

silicam suo nomine primus fecit. Matronis, ornementa erepta Oppia lege, repetentibus restituit. Accusator assiduus malorum. Galbam octogenarius accusauit: ipse quadragies quater accusatus, gloriösè absolutus. Carthaginem delendam censuit. Post octoginta annos filium genuit. Imago huius, funeris gratia, pducis solet.

48. *C. Claudius Nero; & Asdrubal frater Annibalis.*

Asdrubal frater Annibalis, ingētibus copiis in Italiam traiecit: astumq; erat de Romano imperio, si: ugere se Annibali potuisset. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cum Annibale castra coniunxerat, relicta in castris parte, cum delectis ad Asdrubalem properauit, & se Liuio collega apud Senam oppidum & Metaurum flumen coniunxit: amboq; Asdrubalem vice-runt. Nero regressus pari celeritate qua iuerat, caput Asdrubalis ante vallum Annibalis proiecit, quo ille viso, vini se Fortuna Carthaginis confessus est. Ob hæc Liuus triumphans, Nero ouans, urbem introierunt.

49. *P. Cornelius Scipio Africanus.*

Publius Scipio, ex virtutibus cognominatus *Africanus*, Iouis filius creditur. Nam antequam cōciperetur, serpens in lecto mari eius apparuit: & ipsi paruulo draco circumfūlū nihil nocuit: in Capitolium intempesta nocte, eunti numquam canes allatrauerunt. Nec hī quidquā prius cōcepit, quām in cella Iouis diutissime sedisset: quasi diuinam mentem acciperet. Decem & octo annorum, patrem apud Ticinum singulare virtute seruauit. Clade Cannensi nobilissimos iuuenes, Italiam deserere.

cupientes, sua auctoritate compescuit: reliquias, in columnes per media hostium castra Canusium perduxit. Viginti quatuor annorum, Prætor in Hispaniam missus, Carthaginem novam, qua die venit, cepit. Virginem pulcerissimam, ad cuius adspectum concurrebat, ad se vetus adduci; patrique eius ac sponso restitutus iussit: Asdrubalem Magonemq; fratres Annibalis, Hispania expulit: amicitiam cum Syphate Maurorum rege coniunxit: Massanisam in societatem recepit. Victor domam regressus, consul ante annos factus, concedente collega, in Africā classe traiecit: Asdrubalis & Syphacis castra vna nocte perrupit: reuocatum ex Italia Annibale superauit: victis Carthaginensibus leges imposuit. Bello Antiochi, legatus fratri fuit: captum filium gratis recepit. A Petilliis ac Nævio Tribunis plebis repetudarum accusatus, librum ratiōrum in conspectu populi scidit: *Hac die, inquit, Carthaginem vici: Bonum factum: in Capitulum eamus, & di supplicemus.* Inde in voluntarium exsilium concessit: ubi reliquam agit statem. Moriens ab uxore petuit, ne corpus suum Romam referretur.

50. *M. Liuius Salinator.*

Tlius Salinator, primò consul de Illyriis triumphauit: tandem ex inuidia peculatus erus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo cōsul, ne Respubl. discordiā male administraretur, amicitiam cum eo iunxit; & de victo Asdrubale triumphauit. Censor cum eodem collega, omnis tribus, excepta Metia, gratias fecit; stipendio priuavit; eo criminē, quod

quod aut prius se iniuste condemnassent; aut postea tantos honores non recte tribuissent.

51. *T. Quintius Flamininus.*

Titus Quintius Flamininus, Flaminij, qui apud Trasimenum periit, filius, consul Macedoniam sortitus, ducibus Charopis principis pastoribus, prouinciam ingressus, regem Philippum prælio fudit, castris exuit: filium eius Demetrium obsidem accepit: quem pecunia multatum in regnum restituit. A Nabide quoque Lacedæmonio filium obsidem accepit. Liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiavit. Legatus etiam ad Prusiam, ut Annibalem repeteret, missus.

52. *M. Fulvius Nobilior.*

Marcus Fulvius Nobilior, Prætor Hispanos superauit: vnde ouans urbem introiit. Consul Ætolos, Ambraciotasq;, qui bello Macedonico Romanis adfuerant, post ad Antiochum defecerant; præliis frequentibus vistos, & in Ambraciā oppidum coactos, in deditiōnem accepit; tantum signis tabulisque pictis spoliauit: de quibus triūmphauit. quam victoriā, per se magnificam. *Quinctus Ennius amicus eius, insigni laude celebrauit.*

53. *L. Scipio Asiaticus.*

Scipio Asiaticus, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa virtutis nomine à fratre laudatus, consul, Antiochum regem Syriae, legato fratre, apud Sipylum mōtem, cum arcus hostium pluia hebetati fuissent, vicit; & regni relikti a patre parte priuauit: binc *Asiaticus* dictus. Post reus pecunia interceptæ, ne in carcere daturetur. *Gracchus pater, Tribunus*

plebis, licet inimicus eius, intercessit. M. Cato
Censor equum ei ignominia causa ademit.

54. *Antiochus rex Syriae.*

Antiochus Syriae rex, nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, specie Lyliamachia repetundæ; quam à maiorib. suis in Thracia conditam Romani possidebant: statimque Græciam insulasque eius occupauit. in Eubœa luxuria elanguit. aduētu Acili, Glabronis excitatus. Thermopylas occupauit: vnde industria Marci Catonis electus, in Asiam refugit. Nauali prælio, cui Annibalem præfecerat, à L. Æmilio Regillo, superatus: siium Scipionis Africani, quem inter nauigandum ceperat, patri remisit: qui ei pro reddenda gratia, suasit ut amicitiam Romanam peteret. Antiochus sperto consilio, apud Sipylum montem cum L. Scipione conflixit. victus. & ultra Taurum monte relegatus, à sodalibus, quos temulentus in conuiuio pulsauerat, occisus est.

55. *Cn. Manlius Vulso.*

Cnus Manlius Vulso consul, missus ad ordinandam Scipionis Asiatici prouinciam, cupiditate triumphi, bellum Pisidis & Gallogræcis, qui Antiocho adfuerant, intulit. His facile victis, inter captiuos vxor regis Ortiagonis centurioni cuidam in custodiam data. à quo vi stuprata, de iniuria tacuit: & post imperata redenitione, marito adulterum centurionem interficiendum tradidit.

56. *L. Æmilius Paulus Macedonicus.*

Lvcius Paulus Æmilius, filius eius qui apud Cannas cecidit, primo cōsulatu, quem post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphauit:

phauit: retum gestarum ordinem in tabula pitem, publice posuit. Iterum consul Pheren Philippi filium, regem Macedonum, apud Samothracas cepit: quem victum fleuit, & assidere sibi iussit: tamen in triumphum duxit. In hac luctitia duos filios amisit. & progressus ad populum, gratias Fortunæ egit, quod, si quid aduersi Reipubl. imminebat, sua esset calamitate decisum. Ob hæc omnia ei à populo & à Senatu concessum est ut ludis Circensis triumphali veste vteretur. Ob huius continentiam & paupertatem, post mortem eius, dos vxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exsolui.

57. Ti Sempronius Gracchus.

Tiberius Sempronius Gracchus, nobilissima familia ortus, Scipionem Asiaticum, quamuis inimicum, duci in carcerem non est passus. Praetor Galliam domuit, consul Hispaniam; altero consulatu Sardiniam: tantumq; captiuorum adduxit, ut longa venditione res in Prouerbium veniret, *Sardi venales*. Censor libertinos, qui rusticas tribus occuparat, in quantur urbanas diuisit: ob quod à populo collega eius Claudi^o (nam ipsum auctoritas tuebatur) reus factus est: & cum eum duæ classes condemnassent, Tiberius iurauit se cum illo in exiliu iturum ita reus absolutus est. Cum in domo Tiberij duo angues è geniali toro repulsissent; responso dato, eum de dominis periturū, cuius sexus anguis fuisse occisus: amore Corneliae coniugis, marem iussit interfici.

58. P. Scipio Æmilianus.

Publius Scipio Æmilianus, Pauli Macedonici filius, à Scipione Africano adoptatus.

S. Aurel. Victor.

E 5

in Macedonia cum patre agens victimum Persen-
tam pertinaciter persecutus est ut media nocte
in castra redierit. Lucullo in Hispania legatus,
apud Intercatiam oppidum prouocatorem sin-
gulari prælio vicit. muros hostilis ciuitatis pri-
mus ascendit. Tribunus in Africa sub M. Ma-
nilio imperatore, cohortes octo obsidione val-
latas consilio & virtute seruauit : à quibus co-
rona obsidionali aurea donatus. Cùn. ædilita-
tem peteret, consul ante annos vltro fastus,
Carthaginem intra sex mēses delenit. Numantiam in Hispania, correcta prius militum disci-
plina, fame vicit. hinc *Numantinus* dictus. Caio
Lælio plurimum usus ; ad reges adeudos mis-
sus, duos secum, præter eum, seruos duxit. Ob-
res gestas superbus, Gracchum iure cæsum vi-
deri respondit. Obstrepente populo, Taceant,
inquit, quibus Italia nouerca, non mater est : & ad-
didit, Quos sub corona vendidi. Censor, Mummius
collega segniore, in senatu ait ; Vrinam mihi col-
legam aut dedisseris, aut non dedisseris. Suscepta A-
grariorum causa, domi repete exanimis inuen-
tus, obuoluto capite elatus est, ne liuor in ore
appareret. Huius patrimonium tam exiguum
fuit, ut XXXII. libras argenti, & duas & seili-
bram auri reliquerit.

59. *C. Hostilius Mancinus.*

CAIUS Hostilius Mancinus cōsul, aduersum
Numantinos vetantibus auibus, & nescio
qua voce reuocante profectus, cūm ad Numan-
tiā venisset, exercitum Popillij acceptum
prius corrigere decreuit : inde solitudinem pe-
tit. Eo die Numantini forte sollemini ruptu
filiis locabat, & uam speciosam duobus com-
petenti-

petentibus, pater puellæ conditionem tulit, ut ei illa nuberet, qui hostis dextram retulisset. Profecti iuuenes, abscessum Romanorum, in modum fugæ properantium, cognoscunt: rem ad suos referunt. Illi statim quatuor millibus viginti millia Romanorum cæciderunt. Mancinus, auctore Tiberio Graccho quæstore suo, in leges hostium fœdus percussit. quo per Senatum improbatum, Mancinus Numantinis deditus; nec receptus, augurio in castra deductus, Prætoram postea consecutus est.

60. *L. Mummius Achaicus.*

Lvcius Mummius, deuicta Achaia, *Achaicus*: consul aduersus Corinthios missus, victoriæ alieno labore quæsitam interceptit. Nam cum illos Metellus Macedonicus apud Heraclæam fudisset, & duce Critolao priuasset; cum lictoribus & paucis equitibus in Metelli castra properauit, & Corinthios apud Leucopetram vicit duce Diazo: qui domum refugit, eamque incendit: coniugem interfecit, & in ignem præcipitauit: ipse veneno interiit. Mummius Corinthum signis tabulisque spoliauit: quibus cum totam repleset Italiam, in domum suam nihil contulit.

61. *Q. Caecilius Metellus Macedonicus.*

Quinctus Caecilius Metellus, à domita Macedonia *Macedonicus*: prætor Pseudophilippum, qui idem Andiscus dictus est, vicit. Achæos bis prælio fudit: triūphandos Mummio tradidit. Inuisus plebi ob nimia severitatem; & ideo post duas repulsas cōsul è grè factus. Arbaeos in Hispania domuit. Apud Contebriam oppidum cohortes loco pulsas, sedere & locum

S. Aurel. Victor.

recipere iussit. Cum omnia proprio & subito consilio ageret, amico cuidam quid acturus esset roganti; *Tunicam*, inquit, *meam exurerem, si eam consilium meum scire existimarem.* Hic quatuor filiorum pater, supremo tempore humeris eorum ad sepulcrum elatus est: ex quibus treis consulares, vnum etiam triumphantem vidit.

62. *Q. Cæcilius Metellus Numidicus.*

QVINCTUS CÆCILIUS METELLUS, NUMIDICUS; quia consul de Iugurtha rege Numidiæ triumphauit. Censor Quintius, qui se Tiberij Gracchi filium mentiebatur, in censum non recepit. Idem iu legem Appuleiā per vim latam iurare noluit. quare in exsilium actus, Smyrnæ exsulauit. Calidia deinde rogatione reuocatus, cum ludis forte litteras in theatro accepisset, non prius eas legere dignatus est quam spectaculum finiretur. Metellæ sotoris suæ virum laudare noluit; quod is solus iudicium contra leges detrectarat.

63. *Q. Metellus Pius.*

QVINCTUS METELLUS PIUS, NUMIDIÆ FILIUS: *Pius*, quia patrem lacrymis & precibus assidue ab exilio reuocauit. Prætor bello socii-
li *Q. Popedium*, Marsorum ducem, interfecit. Consul in Hispania Herculeios fratres oppres-
sit: Sertorium Hispania expulit. Adolescens in petitione Prætura & Pontificatus, Consula-
ribus viris prælatus est.

64. *Tiberius Gracchus.*

TIBERIUS GRACCHUS, AFRICANI EX FILIA NEPOS, quæstor Mancino in Hispania, fœdus eius flagitiosum probauit periculum deditio-
nis, eloquètiæ gratia effugit. Tribunus plebis legem
culit, ne

